



1
1
2.
3
4
5.
6.
7.
8
9
10
11
12



JUDICIUM
SORTIS

PER JNDICEM

372.
18
1652 2.

DISPUTATIONE INAUGURALI
PRAESIDE SORTIUM DIRECTORE
AVTORITATE MAGNIFICI
ET NOBILISSIMI JCTORUM
ORDINIS

IN CELEBERRIMA ACADEMIA
ARGENTINENSI

PRO SUMMO HONORUM IN UTROQUE
JURE GRADU AC PRIVILEGIIS
LEGITIME OBTINENDIS
PROPOSITUM

A
DANIELE BRAUN,
MOENO-FRANCOFURTENSIS.

D. VII. M. IVLII.

✻*✻

ARGENTORATI,

Typis FRIDERICI SPOOR,

cl^o loc^o LII.

§

V I R O S

MAGNIFICVM NOBILISSIMVM
AMPLISSIMVM

DN. ERASMVM SEIFFARTVM
JURECONSULTUM EXCELLENTISSIMUM
ILLUSTRIS. REIP. FRANCOF. AD MOEN.
SCABINUM SENATOREM SCHOLARCHAM
GRAVISSIMVM MERITISSIMVM,

ATQVE


SPECTATISSIMVM INTEGER-
RIMVM

DN. IOHANNEM ANSHEL-
MVM Münch/ IN EADEM REPUBLICA
CIVEM PRIMARIUM, MERCA-
TOREM PRÆCLARUM

DNN. MOECENATES ATQVE PATRONOS
MAXIMOS

DEDICATA INAUGURALI DISSERTATIONE
PIE ET OBSERVANTER
VENEROR

DANIEL Braun.



Auspicio Divino.

I.



Rotelandi iudicia artificium sugges-
 sere quidam v. *Capoll. Ferra. & ceteros tr.*
Cautel. passim. contra multi vitandarum at-
 que dirimendarum litium indagati sunt re-
 media. extat eius argum. Parth. Litigiosus
Wintb. ubi *εὐρημάτων* tam licitorum quam
 illicitorum nundine. Octo recenset I. à Beust.
ad l. 1. n. 16. & seqq. D. de Iurei. & quædam H.
Grot. de I. B. & P. 2. 23. noviss. P. Grebs von Grünau. Ved. welsch.
gest. das Justizwesen in bessern Stand/te. Præcellunt *amicabilis*
compositio, transactio (quid diff. *Beust. d. lo. n. 62.*) & quæ de palma cer-
 taret, *Sortitio*: Sed sub hac plurimum latet ambiguitatis, neque uno
 tr. sufficienter, synthetico saltem ordine, propositam reperi; ni ex-
 cipias Salmuth. ad Pancir. *t. de fibula.* ubi occasione *Quæstionis ce-*
lebris & diversimode agitata: An & qu. liceat ad sortis iudicium re-
 currere? Scripsit & Sortes Stengelius, atq; allegatur sub hoc tit. tra-
 ctatus Troili Malvetii; sed hunc ne quidem in librariorum reper-
 toriis reperi. Quamobrem periculum, pro disp. Inaug. facere con-
 stitui, & si quæ labes maneat, veniam mihi, destitutus hodiegeta
 satis certo, polliceor. Indicem inscripsi, cum prosequi singula
 per ambages, institutum, cuius metas anguste limitavi, inhibeat.
 Sunt autem satis comendati indices, saltem alphabetici. *Dn. Freinsb.*
præf. Tac. neque ambiguae opinionis dialectici. §. *ult. I. de publ. jud.*
 quos & à prohibitionem L. 1. §. 12. L. 2 §. 21. C. de V. I. E. excipit *Pac. A.*
C. d. t. n. 13. Neque tamen limites supersilivisse dici volo, si quando-
 que materiae discussio brevis interveniat, cum id nec alphabeticis
 repugnare crediderint *Erythr. in Virgil.* & celeb. huius Acad. *Histo-*
 rici.

A 3



nici. De industria, studio brevitatis, allegabo maxime recentiores, tum quod ab istis citatos veteres reperire sit, tum quod plerumque quid accesserit vel augmenti vel interpretationis. quod monet *Celeber. IC. Dn. I. O. Tabor Patron. Max. Consil. Berkhiano. circ. pr. & repet. Com. ad t. C. de Fabr. c. 1. th. 19. v. Guil. Gymnicum in adm. prelim. ad Gail.*

2. Præmittam, iuxta methodo, considerationem ipsius nominis, ad JC. tum veterum tum modernorum imitationem, qui eo nomine præ Grammaticis laudantur. v. *Taubm. præf. ad Auson. Popm. diff. V. de mediæ ætatis, circa hæc, negligentia August. 2. Emend. 1. Ante quidem sortis iustitiam perpurgari decebat: audit n. ap. multos male, ut quæ matrem habeat fortunam, quam omnipotentem dixere quidem. G. Cogn. Nar. l. 1. sed & insanam atq; surdam. ib. cæcam, quæ non discernat mores hominum Tac. H. 4. 7. 3. & superstitiones pariat Osterm. Ration. ad §. 23. 1. de leg. Venator. X. de sortil. sub causa fin. Inducitur tq. omnium garrula puellarum & contrario semper fluibunda luxu, levitate pernix desultoria gestiens, à M. Capell. l. 1. de Nupt. Philol. & Merc. plura congerit Tiraq. de I. primig. 17. op. 1. n. 84. noviss. Annot. ad Brovne Rel. Med. sect. 17. Attamen, quia non vidi, qui hoc iudicium penitus reprobaret, hæctenus reposuisse sufficiat *Iustitiam cæcam aut oculos saltem obligatam, atque talem esse iudicem possel. 6. de Iud. & arbitrum, Gylh. arb. Iud. l. 3. §. 4. n. 13.* reliqua determinatione ad obiecti tractationem dilata, ubi patebit huius instantiæ vitium, quod τὸ συμπεσεικὲς vocat Arist. 1. reprehens. soph. 4.*

3. Brevi esse licet circa *Etymologiam*, cum vox primitivæ haud sit ab similibus. Derivat tamen eam à serie Schard, *Lexic.* atque fors καὶ ἀρτίσσιχον fors dictum, inquit Becm. *voc. Fortuna. Synonymum est fortuna. §. 23. 1. de leg. sortium casus l. 2. pr. C. quand. & quib. quart.* (nisi leg. sortitum casumq;, ut al.) sortis felicitas. *ib.* Sententia sortis sive fortunæ. *Marant. Ord. Iud. t. de appel. n. 246.* Sortilegium. id enim etiam accipitur in bonam partem. *Schneidevv. ad d. §. 23. Conjectatio Politica. DelR. disq. mag. 4. 4.* Græcis à voce κλῶ, vel à κἄλον, quæ lignum signif. κλῶ ἡρῶ, & à notis γραμματεῖον. *H. Hug. de pr. scrib. Orig. c. 26.* itemq; τύχη dicta. Vernaculæ voces εὐοσ / & generatior Glückfall notæ sunt, nostri (forte Pomerani) id vocant Ra-
felen

felix/ quasi san fehlen oder glücken/ inquit Winth. *Part. Lit. 2. §. 9.* ju-
 dicitum fortis per loscas: *Marant. d. lo. n. 247.* Paronyma sunt per-
 quam multa: Inde enim sortiri, quod varios significatus recipit, &
 activa terminatione reperiri not. N. Marcell. *de propr. serm. p. 44.* fo-
 rum sortiri, quæ phrasis legibus loci alligari. *Beroi. q. fam. pract. 109. n. 2. Consil. Argentin. t. 1. 96. 29.* non autem esse subditum, infer-
 re monetur *ibi 17. n. 133.* Sortiri pilam: i. e. educere ex urna nomen
 judicis in pila scriptum. quid ap. Propert. 4. *El. 12.* pila sit, se silenti-
 bus omnibus reperiisse refert Demster. ad *Rolin. A. Rom. 9. p. 1521.*
 Subsortitio: cum in locum judicum mortuorum aut impeditorum
 alii sorte eliguntur. Proverb. *Ἐλαχες τὸ μ.* de quo disputat Erasmi.
Chil. Edit. novis sub. tit. infortunium. p. 378. b. Cleros & Clericos *Isid. 6. 1. dist. 21.* appellatos ait, quia Matthias sorte electus sit. & Hieron.
6. 7. 12. q. 1 quod prob. Dn. Bernegg. *q. in Tac. 49.* Malunt autem hanc
 vocem eo sensu hinc diduci, quatenus metaphorice hereditas signi-
 ficatur *1. Pet. 5. 3.* ut ea quilibet Christiani veniant: in primis cum
 constitutis in off. *Eccl. aliæ magis respondeant, quæ 1. Tim. 3. 2. Eph. 4. 11. Ioh. 21. 15. 1. Pet. 5. 2. D. Bechtold. disp. Iub. 3. §. 38.* Tolerari tamen
 posse docet Magnif. Dn. D. Tab. *de oblig. success. in off. 6. 6. add. eiusd. lect. sacr. ad rubr. de Ep. & Cl. de vocis accept. 6. 38. 11. q. 1.* & distincte
Pac. A. C. eod. Potior est ratio *Homonym.* namq. per varios tropos
 diversimode accipi observatum est: pro bono spirituali *Act. 8. 21. & 26. 18. Col. 1. 12. Eph. 1. 11.* Ecclesia, quæ quasi hereditas Dei *1. Pet. 5. 3. junct. 2. Sam. 21. Ps. 16. 5. 6. & 33. 12. & 74. 2.* pecunia, quam capitale
 vocant ac opponunt accessionibus *l. 24. d. us. leg. l. 95. §. 1. ad L. Falc. l. 58. §. 6. ad SC. Tr. l. 26. §. 1. de usur. hereditate. d. locc. sacr. dubio rei eventum in genere Nic. Perott. com. E. Lat. Ep. 1. p. 182. casu Tac. 12. 39. 2.*
 re quæ sorte obvenit. *Fest. in h. voce Psal. 125. 3. Iud. 1. 3. Ios. 21. 20.* officio
 per sortem collato. *Act. 1. 17. 25. 1. Paral. 24. 5. & 7. Tac. 3. 71. 6.* sortien-
 di instrumentis *Prov. 16. 33. Ion. 1. 7. Suet. in Ner. 21.* quæ tamen ple-
 runque num. plurali; cum sortitio singulari exprimitur. *Calvin. sortilegiis atque divinationibus Esth. 3. 7. t. t. x. h. c. 26. q. 5. multis loc. quæ ap. Tiraq. d. lo. n. 70.* rationem addit Demst. quia Jcti res maxi-
 me controversas sorti commiserint, ideo & oracula sortis nomine
 audire *d. lo. 2. 7.* pro conditione alicuius *Vellei. 2. 68. 3.* pœnis divini-
 tus immixtis *Esai. 17. 14. Ier. 13. 25. v. Glass. Rhetor. sacr. 1. 12.* sortiri,

pro quacunque ratione adipisci l. 7. de Iud. l. 17. §. pen. de advet. l. 3. C. de priv. schol. Proprie huc spectat, quatenus jam ponendæ definitioni subest.

4. Ad rem ipsam. Descriptiones varias diversarumq; specierum habent varii: Apostill. ad Panorm. in c. licet. n. 23. X. de prob. c. Myns. ad d. §. 23. n. 8. DelR. d. lo. q. 2. Dn. Berneg. q. 49. Filiuc. cuius asserta examinat Dn. D. Tab. Ipr. Elem. 3. 4. 45. E. 9. Hugo. d. lo. Sed isti non animo plene definiendi. Plenius definire conabor: *Sortis iudicium est actus, quo negotium civile dubium, circa questionem de jure partis, incerto casu, a iudice vel partium conventionem determinato, deciditur.* Membra definitionis non prosequar. Id solum protestor, maluisse me generalius *iudicij* nomen proponere definiti loco; cum vox *contractus*, qua plerique abutuntur, sit angustior, eaq; rat. cum re ipsa, alterius speciei causa effic. confunderetur. Generis munus subit propositio: *actus quo negotium civile dubium, circa questionem de jure partis deciditur.* hoc enim commune habet cum iudicio forensi atque reliquis decidendarum controversiarum modis: minus convenit vox *contractus*, quam hab. Filiuc. & ludi, quam Card. de Lugo de I. & I. disp. 31. l. 6. n. 91. Dixi *negotium*: ut sua latitudine comprehenderet obiecta omnia. *Civile*: agendum enim principaliter de sorte licita (*vocis homonym. tractat Locam. ad §. 3. I. de act.*) *dubium*: nolui controversum, quoniam hoc strictius est. Supposui *questionem de jure partium*: non enim huc pertinet jus constitutionis sive juris. *ut inferius patefcet.* *Deciditur*: quo nomine diff. à pactis & transactionibus, quæ formam habent consensum. Atque ita generalior vox *actus* ad genus infimum est redacta.

5. Divisionis commoda satis sunt evidentia. Aristot. 2. Anal. post. c. 14. & à Jctis inculcantur v. Seb. Med. tr. mors omn. solv. 1. n. 2. de compens. prof. n. 4. qui tamen dichotomiam ubiq; urget, in quam rem v. Dn. D. Tab. Elem. part. 3. pf. Acquiescunt nonnulli membris duob. alii tertium addunt, itemq; alii ex duob. alterum subdistingunt, & recitant alii plura. v. Myns. ad d. §. 23. H. Hug. qui injuriosus est in suum DelR. q. is consultoria mentionem omisisset. Binsf. Theol. Past. 3. c. 5. Scac. de commerc. & camb. §. 1. q. n. 170. Schard. voc. sortil. Honor. in sum. Decr. de sortil. n. 1. Berneg. d. lo. Gylh. arb. jud. crim. 2. 17. 10. A. Peucero de pracip. Divin. gen. t. de sortib. proponuntur

nuntur 1. divinae sortes. 2. Politicae : κυβεία, τεπεία, ἀστραγαλισμὸς, διαγραμματισμὸς. 3. Sortes Lyciae, Deliae, Praenestinae, Antiatinae. 4. Divinatoriae: κληρομαντεία ἢ παλομαντεία, γεομαντεία, ὄνομαντεία, ἀριθμαντεία, λογαριθμαντεία, τεφραμαντεία, βοτανομαντεία, κηρομαντεία, σοιχειομαντεία, συκομαντεία, ἀναγραμματισμὸς, sortes Vergilianae. DelRio vulgatam divisionem tripartitam probat, & alias à materia (malim instrumento) desumptas subiungit: attamen operosius incedit, & *Prænotionem* distinguit in prorsus licitam, de qua l. 4. c. 1. prorsus illicitam. c. 2. & aliquando licitam aliq. illicitam, quam in specie appellat *coniectationem*, eamq; in Physicam c. 3. ac Politicam sive civilem, quæ sortis nomen retineat. c. 3. pr. Hanc in sortem divisoriam, contractum sortium, & canonicam purgationem, quæ hodie sit damnata. c. 4. Contractum sortium duplicem facit, publicum & privatum, quorum uterq; dicatur *loteria*, quia fiat collatis symbolis, quæ vocentur *lota*; privatum dici vulgo *la Rasse vel Riffel*. l. 4. c. 4. q. 2. (Gallis *Riffle Raffle, à riffler*, quod rapere est. *Wann es riffel raffel gilt*. Hispanis *rifa à rifar* denotare: *wann die Spieler ihr Geld zusammen setzen / oder wann man etwas aufsetzet / daran ein jeder sein quotam gibt / und spielt wer es haben soll* didicit à Casp. Simonio, hic loci non ita pridem exoticas linguas docente, *Besold. de Natur. pop. §. 19.*) Canonicam purgationem itidem in licitam, quæ tamen vere fors non sit, & absolvatur iuramento ac sumptione sacramenti Eucharistici, (cui posteriori modo contradicentem Hotomannum male excipit *ibid. q. 3.* cæterum hac de re quid sentiendum sit, notum est. *Clut. Iniq. Iur. Can. q. 19. Dn. D. Dannh. Myster. sect. 3. art. 1. §. 39.*) & illicitam, aut saltè controversam, quæ sortium politicarum numero censerit possit, eaq; dispescit in species seqq. 1. provocationem ad iudicium divinum, 2. monomachiam 3. per ignem: quæ iterum triplex, per rogam, per prunas, per ferrum. quem modum ceu miraculosum admiratur, at hodie merito sublatum ait. Vereor autem ut illusionis diabolicæ ab omni tempore non fuerit suspectus. 4. per aquam frigidam vel calidam l. 4. c. 4. q. 4. *in fin.* addit, per pondera, lancem & per crucem. q. 6. hæctenus divisiones, quas ap. Dd. reperire est.

6. Ad scopum. Quatenus materia juris est fors, commodius dividi persuasum habeo ita: à caus. effic. est legitima (*inf. sub*



(*sub caus. eff.*) & conventionalis. Rat. formæ: publica, quæ coram iudice perficitur, & privata. Utraque rat. obiecti, versatur circa factum vel jus: illud præteritum vel futurum. quæ circa præteritum, rat. formæ vel caus. eff. est divina (hæc quandoque licita fuit, scil. ex peculiari instinctu, nulli tamen imitanda v. Zobel. *Sachsenspiegel lib. 3. art. 21. in verb. Wasserurthel.* eo refer sponsonem à Propheta factam sub conditione cœlitus incendendi holocausti) vel divinaria: eaq; mala semper. Quæ circa factum futurum, itidem est divinaria vel consultoria: illa mala; hæc accipitur vel propriè i.e. dependet à casu, illicita regulariter est: vel improprie, cum dependet à ratione, v. c. volatu aut cantu avium, adeoque physica, nec prohibita: cum vesperiliones longius avolant, serenitatem; cum corniculæ frequentius crocitant, pluviam coniciunt. *Binsf. Th. Pastor. p. 3. c. 5.* ubi tamen cavendum à superstitione anili, imprimis cum ratio deficit. v. de equorum præfagiis *Berneg. q. Tac. 50.*

7. Haftenus protheoria. Specialem traditionem absolvent consentanea & dissentanea §. 32. illa in propriis & cognatis §. ult. Propria in causis & effectibus §. 30. Istæ sunt externæ, internæ §. 14. Ext. efficiens & finis §. 13. Efficiens est minus principalis & principalis §. 11. Illa, procatartica vel instrumentalis §. 10. procat. considerata absolute & relative. *absolutam* constituit iustitia & æquitas: præstat enim in dubiis, quæ propter sui ambiguitatem aut prærogativæ utrinque paritatem, juris respuunt decisiones, quamcunque, modo non suspectam, arripere conciliandi rationem, quam indecisam relinquere controversiam; vel, quæ multorum opinio, v. *Tiraq. d. lo. op. 2. Goehaus. peric. 1. q. 8. & in addendis. juri gratificandi relinquere locum, aut effingere casus pro amico. Goehaus. d. lo.* quos reprobat *D. Bitsch. dec. cas. pro amico.*

8. *Relativa* est, quæ vel Reip. respicit tranquillitatem, cuius maximopere interest, lites facile latius serpentes v. *Baril. 10. anim. c. 15.* sopiri: adeo ut admittatur, quicquid ad moram refecandam proficit *f. l. 13. C. de jud. l. 6. de Exc. R. I.* Nam quemadmodum arma nunq. sunt capienda, nisi vim nequeas leniori remedio profligere. *Lampad. de Rep. R. G. p. 3. c. 19. §. 2.* ita jubetur privatos ex officio iudex ad compositionem hortari *l. 21. de R. C. c. fin. de transact. & terere potius, quam spem aliquam facere. post Spec. & Duenn. 1. à Beust.*

ad l.

ad l. 1. n. 64. D. de jurei. ac quamvis iudex à se jurisd. reiicere non possit. Hartm. Pra. For. 2. O. 3. nec cogere partes ad concordiam vel compromittendum O. 4. D. Bitsch. d. lo. prol. §. 22. posse tamen, si lis magno tempore duraverit & sit intricata, statuit Wurms. 1. 4. 3. O. 1. Ipsum magistratum municipale suos, ut interpositiones Senatus, ad tentandam compositionem, sepositis interim litibus, audiant cogere bey Burgerlichem Gehorsam. Zahn. Ichn. municip. c. 38. n. 4. Inde sortem necessitate introductam ex l. 14. de jud. probat Scacc. n. 170. Quoties jura dicturi erant iudices, h. modo legebantur, ne quid doli astusve admitteretur, neque judicantis suspicio iudicij fidem elevaret. A. ab Alex. 5. c. 2. Interest enim etiam iudicis, ne ambitionis vel gratiæ suspicionem ineat l. 24. §. 17. de fid. lib. Permiserat quidem Senatui Augustus, deligere Præfectos tabb. publicarum, post tamen ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur. Tacit. A. 13. 29. facilius, verba Interp. Arist. Leonh. Aretini, est sortiri, quam persuadere iis, qui plus habere possunt: Semper enim qui imbecilliores sunt, æquum & justum quærunt; sed qui plus possunt, ista non curant. 6. Pol. 3. ita fors contrahentium contradictiones comprimit, & inter potentes diiudicat. Prov. 18. 18. & haud præter rem continuo subdere B. August. melius Deum in huiusmodi casibus judicare, quam homines, tq. iudicium sortis sit divinum &c. observavit Tiraq. d. lo. op. 1. n. 12.

9. Ex causis impellentibus relativarum altera concernit partes, atque consistit, tum in verecunda cogitatione lites execrantium, de qua l. 4. §. 1. de al. jud. mut. tum in evitanda macula, quæ sæpius manet infeliciter contendentes. Eo respexit Augustus, qui consilia semestria sortitus est, ut ita nullus q. præteritus conqueri posset. Suet. c. 35. ibiq. Beroald. & splendidissimus quisque, ap. Tacit. ad desiderium Marcelli, opponentis Helvidio, vetera exempla sortem legationibus posuisse, inclinantes, metu invidiæ si ipse eligeretur. H. 4. 8. ipsum etiam Marcellum proprio rubore excitatum refert Hist. ne aliis electis, posthabitus videretur. ib. 4. 2. Quamobrem graviter Imp. ad Proceres in pct. præcedentiæ: Weilen die Rechtliche Austräge / wo nicht zum theil gar unendlich / doch nicht allein sehr langwierig und weitschweiffig / sondern noch darzu der Erkännuß und Urtheil haben / in Erwägung daß durch dergleichen ausspruch (welche eilicher massen Glimpff und Ehr betr. 26.) grosse

B
Ver.

Verbitterung zc. obs nicht dahin zubringen wäre/ daß zc. einem un-
 verdächtigen Los vertrauet würde zc. das gēriethe keinem in einiger
 Verfleinerung/wie etwan judicialis definitio dahin verstanden und
 aufgenommen werden möchte. in Propositione. 12. Jan. 1608. quam la-
 tius refert D. Limn. in addit. lib. 4. c. 9. n. 103. Neque enim alia terra
 æquanimitem fert, quam Euphormionis Lusinia, ubi, ut quisque
 ad virtutis stimulum maxime incensus est, ita promptissime veris
 suffragiis ad magistratum evectus, æmulos vitæ omnes, neminem
 dignitatis accendit. *Barcl. Satyr. pr.* Solidum est iudicium Berneg-
 geri: Si cogito nos non in Platonis πολιτεία versari, sed cum Dema-
 de ap. Plutarchum, ναυάγια πολιτεύειν &c. haud scio an non istius-
 modi sortitio electione temperata, electioni absolutæ plurimum
 sit anteponenda. *Q. Tac. 178.* Quamobrem iis, quibus concordia
 commendabilis est, hæc remedia commendantur: namq; Rechts
 scheidet wol/ freundet aber nicht / inquit Pfeil. *Consl. 79. n. 37.* Est
 equidem melior causæ bonæ conditio, si ad iudicem, quam ad ar-
 bitrum, mittatur: adeoque & melior, si iudicio, quam si sortis ca-
 sui exponatur v. post. *Senec. Wes. π. de eo quod cert. lo. n. 5.* Sed in ambi-
 guis partium interest, dubio processus eventui se non credidisse.
 Toties in iure, deducta in iudicium, fortunæ dicuntur submissa l. 13.
de stat. hom. (eam tamen de sortitione accipit Tiraq. v. inf. §. 19.)
 N. 97. c. ult. §. 1. adeoque factum principis & ipsius iudicis ordinarii,
 siue iustum, siue iniustum, refertur inter casus fortuitos. *Scacc. d. lo.*
 n. 136. cum finis negotii in iudicis potestate ac motu sit l. 10. C. de ac-
 cus. qui obnoxius est gratiæ, inimicitia, falsis argumentis ac testi-
 bus l. 17. §. ult. de adult. ambitioni, l. 79. §. 1. de iud. l. 2. C. de off. civ. iud.
 metui. v. *Cic. 7. in Verr. 2. 33.* pretio l. ult. §. 1. C. de pæn. iud. sordibus
 l. 15. de iud. l. 7. C. quand. prov. non est nec. l. 2. de cond. ob. turp. errori, im-
 prudentiæ l. 51. de evict. stultitiæ l. ult. de fid. lib. & ad statum contro-
 versia sæpe non advertit, v. *Hornei. Phil. mor. 3. 13. 5.* adeo ut non fiat
 reus solum q. delicti pr. l. de O. quæ q. ex del. sed & veri d. l. ult. de pæn.
 iud. doli mali d. l. 15. Proinde in causa eadem à diversis iudicibus
 diversas ferri sententias novum non est d. l. 17. d. l. 15. imo & in a-
 tramvis partem iudicari posse: hic pro utilitate publica, illic bona
 fide, tradunt. *Onciac. Q. Acad. 31. n. 2.* & in civilibus posthabita con-
 scientia, secundum acta & probata *Venator. X. de off. iud. p. 139.* ut pu-
 niatur

niatur, qui explicandi negotii spem pollicetur l. 10. C. de accus. tq.
 fumum vendens Pac. Anal. ib. n. ult. Est & nonnunq. ea rerum
 difficultas, ut religiosi iudices iuraverint sibi non liquere l. 36. de R.
 Iud. Goth. ad l. 27. in fin. de lib. caus. qualis Alciati casus, de quo inf. §.
 12. ubi alii forent rem per medium divisuri, quod rusticorum quidē
 iudicium est D. Birsch. d. lo. proleg. §. 22. Besold. Th. Pr. voc. Bauren
 schied. Zahn. Ichn. municip. c. 8. n. 11. attamen & à Jctis suggestum l. 23.
 de cond. inst. Ancharan. consil. 210. n. 1. & 3. Wes. π. uti possid. n. 5. Panor.
 mit. in c. licet. X. de prob. n. 37. & ab Imp. Tib. in persona (est hic lo-
 quendi modus, ob quem à Milt. reprehenditur Salmas. defens. pro
 pop. Ang. pres. m. p. 11.) servi sui constitutum. §. ult. 1. de vulg. subst.
 hinc orta est formula juris experiundi l. 1. de in jus voc. quamvis ea
 aliam quoque significationem non respuat Goth. lit. R. Sunt &
 formidabiles tum executorum fraudes N. 112. c. 2. & illicita avaritia
 l. 6. §. ult. de off. pres. tum executionis l. 51. de pecul. & processus mora:
 in primis cum fatalia primæ & secundæ Inst. in Consistorio summi
 Pr. non currant *auth. sed & lis. C. de temp. appell. c. 28. vers. adhuc sancimus.*
2. q. 6. nec L. properandum in Camera, aliisve totius orbis Chri-
stiani curiis locum habeat. post alleg. Myns. Gail. Rosb. Marant. Conf.
Marp. Reusn. de Faro §. 24. v. Ritterh §. diff. 1. Vmm. de process. th. 7. n. 25.
 non obstante opinione Matth. de Afflict. citat. à Venat. X. de Iud.
 p. 421. Unde in ambiguis causis bonum esse dicunt, habere iudicem
 favorabilem v. alleg. à Dn. D. Tab. Elem. p. 2. th. 46. in Exo. Goth. ad l. 27.
 lit. f. D. de Donat. quem blandientibus titulis, vacando doctissimum,
 juvet reddere benevolum. v. D. Birsch. de cas. pro. am. proleg. §. 8.
 Nec etiam ea infirmitate caret secunda instantia, quæ nonnunquam
 bene latas sententias in petus reformat, cum non utique melius iudicet,
 qui postremo sententiam laturus est l. 1. pr. de appell. indeq; ex appella-
 tione iudex offensionem non accipere dicatur. Thes. Iurisp. 1. c. 73.
 ax. 1. N. Meurer & Reys. auch E. Nation & und Statr. r. von Appel-
 lationen. vers. die vierte. per c. 6. 2. q. 6. l. 1. de appell. nisi convicietur
 appellans l. 9. de appell. Et quod plus est, in compromissis, ubi non
 inciditur in iudicem l. 31. de recept. sæpe perveniri ad penitus igno-
 rantes legem & experimentum &c. propter quorum ignoran-
 tiam magnum damnum sustineant litigantes &c. monet Imp. N.
 82. c. 11. nonnunq. res in sua comoda derivant arbitri, unde dissiden-
 tibus



tibus de principatu, non esse recipiendum vicinum potentem, con-
sultitur. *Besold. 1. diff. Nomicop. 14. 5.* Et dati sunt nonnunq. minus reli-
giose iudices, præco, haruspex, medicus. *Cic. d. 10.* Absit tamen ut cul-
pam legibus quis imputet, quippe cum iis deficientibus demum
dominentur hæc incommoda, quib. antidotum est jus certum:
*Qui enim legem præficit, Deum & legem vult præesse; qui hominem, ad-
dit ei belluam, videlicet cupiditatem & iracundiam.* H. Hartm. *Ep. de-
dic. obs. Pr. Wurms.* Absit ut credamus, *sicut medicina morbos insana-
biles, ita habere Iurisp. causas, quæ dissolvi non possint* (si excipias proba-
tionis defectum) quod vel *omni casui lex posita* (saltem per interpre-
tationem extendenda *l. 10. 11. 12. 13. d. LL. Cic. 1. de Heren. 23.*) non sit,
vel, quæ sibi adversari creditæ sunt, *conciliari nequeant.* Qua in re
hæsitavit, sed dudum refutatus est A. Matth. *fund. jur. disp. 9. v. &
Th. Brovne Rel. Medic. sect. 9. & 10.* qui novissime cum annota-
tionibus prodiit. atque hæc est causa, quæ partibus hoc iudicium
fortis suadere solet.

10. Altera causarum minus princip. est *instrumentalis*: tam
personæ, quam res. illæ principiores & accessoriæ: princip. sunt
judex, qui huc referri potest, qt. occupatus æstimandis iis, quæ inf.
sub formæ & obiectorum consideratione requirentur. *procurator.
negotiorum gestor.* Access. quorum opera isti utuntur: interdum
princeps, sacerdos, amici, pueri. ap. Venetos rudis puerulus nomi-
na urbium expugnandarum in urnulam coniecta, manu miscet, in-
de unam e chartulis ad Principem defert. *Salmuth. ad Panciroll. d. 10.*
Res sunt ipsa sortitionis instrumenta, tum quæ recipiunt, tum quæ
iniiciuntur.

11. Nec ut efficientem *remotiorem* præteream, patitur sty-
lus Jctorum, qui ab origine res quasq; repetere solent. v. *Goth. ad
l. 1. lit. d. de contr. emt.* Hic ea nota est, nempe qt. ex naturali ratione
proficiscitur, *jus Gentium.* In propatulo sunt exemp. tum ex S.
Cod. tum J. Justinian. & hist. Rom. nec non Germanorum, Græ-
corum v. *Winth. Parth. Lit. 2. c. 5. n. 8.* Lacedæmonios sorti fuisse de-
ditissimos, demonstrat Tiraq. n. 41. de Chinensibus atque Indis
DelR. 4. 2. 7. f. 3. Romanos (ap. quos tamen antiquissimum fuisse
constat ex Tac. H. 7. 8.) morem ab Atheniensibus accepisse probat
Hug. d. 10. & in specie de symposiorum sortibus Tiraq. n. 42. anti-
quissi-

quissimis characteribus sortes emisisse Lyciæ fontem, memorat A. ab Alex. G. D. l. c. 13. in fin. & jam olim Jovem, Neptunum ac Plutonium Saturni filios, ea ratione regnum patris divisisse, fabulati sunt Poetæ. In omni Rep. multum autoritatis sortem semper obtinuisse testatur M. Montaigne. *Essai. Liv. 1. c. 11* Frisionum hac in re superstitionem ex eorum L. 14. refert DelR. 4. 4. q. 6. de Prænestinarum inventore passim. ex Cic. Pol. Verg. *de Rer. inv. l. c. 24.* In specie ad dirimendas præcedentiæ controversias convenientem, tam in imperio, quam extra, fuisse monet Limn. *addit. 4. 9. n. 97. p. 659.* Sortes Virgilianas, Romanis usitatas, imitatos fuisse antiquos Gallos testatur E. Pasquier, qui laborum uxoris parturientis finem, recens nati vitam atque fortunam eo modo inquisivisse se profitetur, sed nihil fidei ei rei tribuere protestatur. *2. liv. des lett. a. Mr. Bigot. p. 62.* Propinqua (scopo ad R. Imperium directo) causa est Jus Civile permittens vel jubens: namq; sortis judicium est à lege introductum. *Scacc. n. 170. & sub sortitio. Cic. pro Cluent. 91. & 95. inde Wes. divisionis formam sumi vel ex arbitrio contrahentium, vel testatoris, vel legis dispositione per sortem. C. C. com. div. n. 95. atque notabile est Scutum, de mittendis sortito in provincias magistratibus, ap. Cic. 8. Ep. 8. de L. Rupilia v. id. in Verr. 2. 32. & seqq. Leges hæc fere sunt. §. 23. l. de leg. l. 36. §. 1. de adopt. l. 1. §. 2. de quaestor. l. 14. de Iud. l. 5. fam. herc. l. 24. §. 17. de fideic. lib. l. ult. pr. C. qu. com. de leg. l. 2. pr. C. & quib. quart. pars. N. 105. pr. 162. c. 3. cæteræ quæ huius vocis mentionem habent, pleræque loquuntur abusive. allegantur & aliæ à D. Fichard. 1. Consil. 12. n. 21. Carpz. Ipr. For. 3. 15. 14. & Consist. 367. n. 12. Sed de sorte nihil ipsarum verba habent.*

12. Proxima est voluntas (quæ se nonnunq. solo consensu, interdum pacto stipulatione ve exerit, interdum per rati habitionem subsequitur) partiū, tum spontanea, tum legitima (liceat abuti voce ut vel legis introductionem, vel judicis iussum respiciat: uti alias significat, quod introductum verbis legis v. rubr. l. de legit. agn. tut. & opponitur introductis J. Gent. §. ult. de us. & habit. ac J. Prætor. §. 13. de act. ei, quod per interpretationem pr. de leg. pat. tut. aliter, si formaliter accip. ut Senatus legitimus i. e. plenus Suet. in Aug. c. 35. item si oppositive. v. Dn. D. Tab. Elem. 3. 3. 36.) Videlicet à L. vel Iudice iussa, tum præcise, tum, uti loquuntur, causative, Aldobr. ad. d.

§. 23. i.e. per denegationem actionis Joh. Fab. ad §. d. & ita erit accipiendum, quod generalius Salmuth. d. lo. alterutra partium dissentiente nihil agi. De illa quaestio non est, nisi superstitiose religiosus; at quando ad hoc remedium invitatus trahi possit? ambigitur. Recepta est regula: fors non habet locum ultra casus jure expressos, quam Baldo adscribunt & caeteri sequuntur: Imol. Angel. Cotta. Ferre. allegati à Fichard. d. lo. n. 22. Schurff. i. Conf. 71. n. 23. Salmuth. d. lo. ibiq. alleg. Dd. eamq. à Jas. tq. singularem commendari monet tum Alciat. in l. Gallus. pr. de lib. & posth. n. 64. tum Fichard. qui tutissimam arbitratur. Leges autem sortem suppeditantes loqui de casibus privilegiatis & specialibus aiunt d. lo. n. 21. Sed reg. hæc nulli; at contraria probatur tum Dd. autoritate: *sortis iudicium esse licitum, præterquam in casibus prohibitis.* Phil. Dec. ap. Tiraquel. n. 92. tum legis l. 3. pr. ibi: *in omnibus eiusmodi casibus. C. com. utr. jud.* Specialitatem legum asserentes reiecit dudum Salyc. qui gl. loqui istas leges in aliis casibus, respondententi, reponit: *Et bene, sed ex hoc veritas non habetur.* Ipse, præmissis quæ alio spectant, distinguit, an lex dubitationem declaret, tum ei standum esse; sin minus, tumq. discordia vergat in præiudicium tertii, sorti locum non esse, sed compellendos à iudice ad concordiam l. 3. de adm. tut. §. 1. de satisd. tut. vel definiendo præcise d. §. 1. vel causative, sc. si velint audiri: at cum tertii præiudicium non subsit, petantq. sortem, deferri, si nolint, eos se invicem impedire l. 34. de usuf. l. 2. §. 2. quib. mod. us. amit. hæctenus Salyc. ad l. 3. C. com. de leg. quam distinctionem pulchram vocat Schneidev. Ad. d. §. 23. de leg. n. 4. Verum Menochius arb. jud. Q. cent. 5. cas. 442. n. 10. & Tiraq. d. lo. in concl. nolunt alterum invitum cogi, nisi res aliter transigi non possit, immineatq. periculum. Planius Joh. Fab. qui altero volente, alterum; utroque nolente, utrumque cogendum ad sortem causative putat. ad d. §. 23. v. Aldobr. ib. rectius atque Bartol. qui hoc casu sorte rem non dirimi tradit. dist. 830. at Dd. opponentibus d. l. 34. & d. l. 2. respondet Boccr. tantisper partes sibi invicem obstare, donec vel ad concordiam l. 84. §. ult. de leg. 1. l. 13 §. 1. de usuf. l. 31 §. 5. de Aed. Ed. vel recipiendam sorte sint redacti per. l. 14. de jud. Bor. de Regal. c. 3. n. 169. nec otiosum est, quod tradit Leonh. Gerla in Viatic. iur. compelli partes ad consentiendum in iis, quæ à jure competunt v. c. in actione eli-

eligenda; non in aliis, quæ aliunde cogi tamen ad consentiendum
 forti. Sane, utut determinatio quæ à judicis est officio, potior sit,
 attamen judici dictanti benignissimum hoc remedium, magna au-
 toritas debetur. Ipse verò in casu, quem Alciat. format & deter-
 minari posse negat, nolitq; sibi obvenire, *quia nesciret, quid diceret:*
 Si, postq. uxorem cognovisset, maritus fato fungatur, illaq; alii mox
 nubat, cuius sit partus mense 9. natus? Sortem à judice iniungen-
 dam non crediderim, quia posteriorem jus gravat: huius enim in-
 commodi odio lex annum luctus sanxit; & si maxime lata non ef-
 set, uti est per J. Canon. facilitatem sublata, præsumtio tamen ca-
 lentem adhuc defuncti thorum conscendentes, ex honestatis ratio-
 ne oneraret. Aliud forte dicendum, si non de partu agnoscendo,
 sed acquirendo ageretur. v. *Alciat. l. Gallus. pr. de lib. & posth. n. 64.*
 Neque Salomon, si artificium veritatis indagandæ fefellisset, sor-
 tem meretricibus imposuisset: quia possessionis vel q. jure altera
 nitebatur. an recte liberum consensum requirat *Old. 4. act. 22. 8.*
 hinc patet.

13. Finalis: ex latere juris constituentis averfatio suspicio-
 num *sup. §. 8.* itemq; ut occasio corrupendorum judicium præci-
 datur. v. *Dilh. in Areopag. §. 25.* Prout enim artis strategicæ est, ne
 præsciat miles, quam singulis excubiis stationem sit habiturus: ita
 interesse crediderunt, ne cui judicium decisio causæ sit obventura,
 partes sordibus fascinaturæ novissent: Sane jamdum in judiciis,
 præsertim Cam. Spir. Referentes, hac ipsa de causa, clam haberi so-
 lent. Verum quoad partes, diversarum fortis specierum, diversus
 est finis, qui tamen ad unum proximum, quem finem ÷ vocant, re-
 ferri potest: nimirum, ut quæstio dubia sine protelatione, sportu-
 larum sumtibus & mutua offensione definiatur. *Del R. 44. q. 1. Scacc.*
d. n. 110. cum discordiis divisiones sint valde obnoxia *Besold. de Elect.*
& success. prærog. 1. diss. 4. n. 4. Cæterum fines secundarii sunt diversis
 diversi, pro humani ingenii desiderii honestis vel reprobis *Peuc. de*
pracip. div. gen. t. de sort. plura videsis sub caus. impuls. & effect.

14. Internarum prior est materia, eaq; subiectiva & obie-
 ctiva. Illa vel *decidens*: nimirum ipse casus, quem fortunæ adscri-
 bunt. quid Christianis ea de re sentiendum, constat: vel *sortiens*,
 quæ rursus est principalis vel accessoria. de hac sub Instrum. &
 forma. Circa principalem eruendum, quis possit & quis cogat-
 ur



cur fortiri. Is est in genere omnis, qui de re coram iudice disceptare, & præterea, qui compromittere, qui transigere, qui alienare & acquirere potest. Est enim fors ex genere permissorum *arg. l. 43. §. 1. de procur. l. 28. §. 2. quib. ex caus. mai. l. 1. §. 1. de rest. l. 12. pr. de jud. l. 7. §. 1. ad L. Iul. repet. c. 23. X. de sponsal.* qualia sunt, quæ sub Edicta prohibitoria pertinent s. quæ omnibus permessa, exceptis prohibitis. In primis frequentatur inter coniunctissimos. *passim Dd. pietatis officio fungi dicuntur fratres, qui sine iudice hereditatem dividunt l. ult. fam. herc.* ac in universum congruentius est, ut controversiæ privatim inter tales componantur. *l. 4. C. de pat. pot.*

15. Tanguntur tamen à Dd. quædam subiecta descendendo ad species: negat enim controversiam primogenituræ sorte dirimi posse, si omnes sint infantes, *Tiraq. d. lo. q. 19. n. 1.* quod ad præcedentiæ dissidia trahit *Nold. de Stat. Nob. Civ. c. 19. n. 23.* Si in minoris præiudicium vergat, nq. ad sortem recurri per *§. 1. Inst. de satisf. tut. ait. Joh. Honor. Sum. Decr. de sortil. n. 8.* Crediderim, si fiat decreto intercedente, atque undique paritas sit, vix inter hos rem sine sorte decidi posse, cum sibi deferre amicabiliter multo difficilius possint. Quatenus autem obligentur suis tum infantes, tum minores, actibus, iure certum est. *distincte Spectab. h. t. Dec. Dn. Biccus, Præceptor pie Venerandus, cui ut revalescat devota vota! R. Q. 1. th. 42. § 8 & seq. De furiosis, quales Leucippa, Arsinoe, Alcathe, Minge filia, ap. Plutarch, vix quæri meretur, propter l. 5. de R. I. Nec de Clericis, tq. subiectis, ullam esse differentiam, cum possint sortibus uti, in his quæ temporalia tangunt, convenit Dd. v. relat. à Tiraq. d. op. 1. n. 15.*

16. Obiectum considerandum est in thesi & antithesi: sub illam recidit Quæstio juris *Bitsch. de cas. pro am. proleg. §. 22.* (intellige jus non constitutionis sive juris, sed partis *l. 7. §. 14. l. 31. de pact.*) de re omni seculari *Tiraq. n. 15.* quæ in commercio est, quæque sub iudicia fam. herisc. & com. div. cadit, vel physice vel civiliter dividenda. non solum lites ortæ, sed & omnes res dubiæ *Winth. ib. n. 8.* ubi aliter decisio haberi non potest, v. g. ex ordine scripturæ aut meritis *l. 24. §. 17. de fid. lib. & omnis prærogativæ ratio deficit Balduin. cas. cons. 4. §. 6. Carpz. For. 2. 23. 367. n. 11. weil sie in gleichen Grad re. und daste sich darüber nit vergleichen können. Scab. Lips. ib. n. 6. fac. l. 5.*

fam. herc. Scacc. n. 170. ubi non sufficit humanum ingenium *Tiraq. u. 23.* quæ restrictio fortitioni conventionali necessaria non est, potest enim quisque de jure suo remittere. In specie vero res huiusmodi est corporalis vel incorporalis: illa *individua*: regnum Persarum sorte Dario quæsitum: res in qua duobus pariter jus protimeseos quæsitum *ex sent. Afflict. Tiraq. n. 29. & 49.* res hereditaria quævis individua. *Carpz. Decis. 164. n. 18.* namq. sine patrimonii corruptione omnis res dividi nequit. *Consil. Arg. 2. 75. n. 11.* & coheredes ad distractionem, ob affectum erga avita, ægre adducuntur *Duret de l'off. du iug. c. 16. § 5.* *Dividua*: provinciæ inter duces Alexandr. *M. Justin. 13. 4. 10.* bello capta *Ioel. 3. 3.* hereditas *l. 2. C. qu. & quib. quart. regna v. alleg. à Tiraq. n. 3. & seqq.* Neque eximenda sunt feudalia *Wes. Com. div. n. ult.* adeo ut *Jcti Wittem. ap. Pfeil.* in allodialibus quidem Saxonum morem observandum duxerint, feudalia verò dividi officio iudicis, & post sorte assignari debere dixerint. *cons. 79. n. 17.* qui tamen illi modo & in feudalibus esse locum, diversorum *Dicast. & Scabinat. placitis* probat. *n. 19. & 20.* at ratio, cur sorti locus non sit, feudo concessio pro una filiarum, si supersint plures, spectat ad §. 30.

17. Res incorporales sunt jura, eaq. acquirenda sive obligationes, quas vocant activas; vel suscipienda sive obligationes passivæ. Ex illis eminet sui favore libertas *l. 24. § 17. de fid. lib. & dignitates* sive officia secularia regulariter omnia *DelR. 4. c. 4 q. 1.* Magistratum in genere. *v. B. rnegg. d. Q. 178.* quod proprium est Democratiæ, atque imprimis suadetur ab Arist. si status sit recens immutatus *6. Pol. 2.* Neque tamen Aristocratico ac Monarchico regimini repugnare, ex dicendis apparet. Est Imperatoria potestas *Scacc. de commerc. & camb. d. n. 170.* Regia *l. Sam. 10. 20.* *Schickart. de jur. Reg. Heb. c. 1. theor. 2. p. 10.* an tum Rex populo ipsi, an sorti regnum debeat? inquit, & sortis iudicio magis directo voluntatem Div. significari, quam suffragiis, confirmat *Salmas. def. Reg. c. 7. p. m. 364.* Consiliarium eminentia: namque Augustus Consilia, i. e. Consiliarios, sortitus, i. e. sorte elegit. *Suet. c. 35.* Vespasianus, per quos rapta bello, scil. Vitelliano, restituerentur, quique iudicia centumviralia extra ordinem iudicarent, redigerentq. ad brevissimum numerum. *Suet. 10. paria de Domitiano Tac. H.*

C

4.40.

4. 47. qui ex X. Præfectis in ludis Olympicis diiudicarent. *A. ab A. lex. §. 8.* ita constitutus Sympoliarchus *v. §. 11.* Venetum Dux hodiernum. *v. Contaren. de Rep. Ven. 1.* Eodemque iudicio horum adjuncta metiebantur: provincias Procos. *l. 36. §. 1. de adopt. Quæstores. l. 1. §. 1. de Quæst. Coral. ad t. de off. Quæst. n. 4. & L. emancipari. de adopt. n. 2.* Constituit idem Augustus, ne Septembri Octobrive mensibus ullos ex Senatu adesse necesse esset, quam sorte ductos. *d. 6. 35.* cum ignoraretur Romulus, an verò Remus natu maior esset, uter novæ urbi nomen imponeret. Uter Coll. dedicaret ædes Jovi in Capitolio, uter præesset comitiis. Fasces sortiebantur *N. 105. præf. i. e. dies quibus singuli imperabant v. loc. alleg. a Tiraq. n. 29. & 48.* quod tamen quandoq; amicabili cessione transactum. *v. ib. op. §. n. 10.* Par iudicium de iuribus aliis: si pluribus optio rei legata, *§. 23. de leg. l. ult. pr. C. om. de leg. Nihil. & Excell. Dn. D. Rehb. Præcept. & Fautor devote suspiciendus Isag. d. 12. §. 32.* Jus custodiendi instrumenta communia *l. 5. fam. herc. Wes. 7. eod. t. n. 6.* Retinendi signum sive insigne societatis, ea divisa, *per d. l. 5. Tiraq. n. 22.* Quo ordine singulæ causæ in iudicio discuterentur, quosque nanciscerentur iudices *n. 54. & seq.* Idem tradit, vix alibi, Advocatos & patronos fuisse sorte ductos, quam ap. Plin. 10. *Epist. 20.* reperiri *n. 59.* allegantur tamen de Atheniensium more Harpocraton *in voc. συνηγορη.* & Scholiastes Aristophanis *ad vespas, à Dilher, in Arzopag. th. 25.* In actionibus duplicibus, cum ab utraque parte proponuntur, ut præventioni locus non sit *l. 14. de iud. Wes. C. C. fam. herc. n. 8.* Qua in re differte Jus Saxon. monet Dn. Carpz. *For. 1. 7. 23.* ubi id spectare ad arbitrium iud. probat *mult. alleg.* quod tamen regulis iuris subiaccere vult, ut favorabilior præferatur. Verum de casu, quo ex altera parte est prærogativa, neque jus Cle loquitur, & si eius term. habiles præsupponamus, per egregiam rationem hinc arbitrium iudicis ablegatur *l. 24. §. 17. ibi. ne aliquam ambitionis vel gratiæ suspicionem Prætor subeat. de fid. lib.* Quis ex pluribus, quibus id competit, templi subsellia redimat. *Carpz. Ipr. Consist. 2. 23. 367 n. 6. & seqq.* electio liberorum ex diversorum adscriptis natorum *N. 162. c. 3.* controversa inter Lucillum, Hortensium & Sisenam, quis historiam Marfici belli describeret. *Tiraq. n. 13.* in Academias collocatio competitorum in honoribus recipiendis, *de quo*

18.
 D. Birsch progr. An. 1630. atq; conflictibus Martius, quia dextrum
 latus haberetur honoratius, quis ducum id teneret, *Al. ab Alex. l. 4.*
 d. 6. ordo agminum *Tac. H. 2. 41. 3.* cum lex erat ferenda, quo quisq;
 suffragia ferret ordine. *Pontan. Progym. 2. 31.* Si in alterius fundo, effo-
 dere metallum dn. nolente, alii concurrant, *Bocer. de Regal. c. 3. n. 168.*
 & de J. Würtemb. prædio vendito, cui competat jus retrahendi.
 n. 169.

18. Obligaciones passivæ (non nego plerasque etiam, di-
 verso respectu, superioribus accenseri) versantur circa onerosa su-
 scipienda faciendave. Cuius generis sunt: quem athleta habeat
 adversarium *Hug. d. lo. quemq; locum A. ab Alex. l. 5. 8.* cum in Athen.
 Panatheneis cum primo prodeunte congregiendum esset. *ib.* qui
 remaneant in civitate obsessa. *gl. in sum. 15. q. 2. Tiraq. n. 12.* Si duo
 plaustra in angiportu sibi obviant, utrum cedat. *n. 21. add. Fr. Nigr. 2.*
contr. 274. Si duo inceperint opus molendini vel ductus aquæ, nec
 appareat uter prior. *Tiraq. n. 22.* Menelaus & Paris, uter prior hastam
 in alterum jaceret: quis quamve partem laboris in nave subiret: *n.*
 33. necessitas voti dicendi Syraculis, si tacerent omnes: cum nemo
 sententiam diceret rogatus, sed ut quisque ætate ac honore antei-
 bat, sua sponte, *A. ab Alex. l. 4. 11.* & nonnullibi moris esse notum
 est, ut honorum Academicorum Candidati, themata pro exami-
 ne resolvenda, immisso in librum stylo, ad modum sortium Ver-
 gilianarum, nanciscantur. Fabri ad furcam erigendam. *P. S.*
D. art. 215. Huc referri ob praxeos frequentiam meretur *Decima-*
rio sive decumatio, de qua *Tacit. 3. 21. Schönb. 1. c. 13. Tiraq. n. 52.*
 qua A. h. secul. 42. totius Maldonicæ legionis gregarii ad suppli-
 cium lecti, quod prope Lipsiam prælio primi fuga excessissent.
Brach. hist. nost. temp. eam Ap. Claudius in Rom. Remp. intulit at-
 que adv. Christianos, ob mactandorum multitudinem, usurpata
 fuit. v. Max. Rev. Dn. Dorich. Th. Celeber. Patron. obs ven. *Admir.*
mort. Chr. præfix. Satur. voc. decim. accipio decimationem non re-
 strictè, sed technologicè, pro actu quo ex reis pluribus quotcunq;
 supplicio mancipantur. At non credo necessariam cautelam,
 quam adnectit DelR. oportere parem esse reatum, alias fore iniquum,
 quoad minus noientem; Sed præsupposito, quod, qui levius pecca-
 vit, pœnam propositam sit quoque meritis, à iudice illud Salvato-

ris apposite putaverim regeſtum iri: (procul ab uſum) an oculus tuus nequam &c. *Matth. 20. 15.* Quis enim negaverit iudici (exigo habiles terminos) jus quod vocant aggratiandi in pœnibus, v. *Besold. de præ. & pœn. 2. diff. 9.* cum improbiori condonare, improbo autem ſupplicium dictare haud iniuſte queat imprimis ſi, diſmiſſo *W. eſ. de l. & l. n. 11.* aſſurgendum foret *D. Horneio*, pœnas ad juſtitiam comutativam referenti, & obſervanda proportio arithmetica. *Phil. mor. 3. c. 13.* nulla enim eſt relatio delinquentis ad delinquentem, ſed utriusque, distributive ac ſeorſim, ad id quod eſt violatum. Ino iniuſtus non erit, ſi diverſorum debitorum reos, adeoque gradu atque genere diverſis ſuppliciis deſtinatos, fortiſſime jubeat. abſit modo malitia atque temeritas. Tandem & huc refer, quod Poëtæ, juxta Pythagoreos metempsychosin probantes, de animis ad iudicis Minois & Æaci urnam fortesq; citandis finxere. v. *Demſt. ad Roſin. A. R. lib. 9. p. 1523.*

19. Obiecta negativa, ſive, quæ hinc removenda vel ſunt, vel removenſur ſaltem ab aliquibus, ſunt talia aut ex ipſa juris ratione, aut ſaltem prudentis conſilio. Huius generis (1.) *cauſa bona ſpei*: tum enim melior eſt conditio apud iudicem, cum & in aliis ſæpe eventus intentionem deſtituat *l. 10. §. 1. de neg. geſt.* & ob id fortunæ quam pauciſſima ſint credenda. *l. 2. de cond. & dem. indeq; requirunt, ut neuter habeat prærogativam ad rem. Carpz. deciſ. 164. n. 18.* (2.) *res maximi momenti*: id liquidem, quod maximum optimumq; fortunæ committere, eſt extremæ dementiæ. *Ariſt. 1. Ethic. c. 9. Tiraq. n. 4. Fichard. 1. conſil. Lat. 12. n. 23.* licet etiam decimationi modo locum vindicaverim; nolim tamen in pœnis decernendis, circa quæſtionem, *an ſit*, ei locum eſſe: quamobrem, cum *l. 13. de ſtat. hom.* contineat eiſmodi caſum, negaverim eam recte à *Tiraq. de l. primig. d. 10. n. 87.* ad fortem referri, cum ibi ſolum ſervus à dn. non fuiſſe deſenſus dicatur. *junct. l. 9. §. 1. qui & à quib. man. v. loc. parall. paſſ.* (3.) ubi facile fraus intervenire poſſet, e. g. ſi debitoris heredes de re ſolvenda diſſentiant, eos ad fortem remittit *Bart. & poſt gl. Tiraq. n. 17.* Verum id inconſultum eſſe, quia non agatur de lucro captando, ſed vitando damno: cum coheres, creditoris amicus, rem poſſet ſolvere opimam, in præiudicium correi. notat *Alciat. in l. 2. §. ex his. de V. O. n. 25.*

20. At

20. At, vel ex L. L. Canonumq; verbis, vel interpretatione, arcentur alia, quorum inhabilitas vel certa est apud omnes, vel sub contentione serra: Illa sunt 1. in genere omnia, quæ sub obligationem non cadunt, quæq; quorumvis commercia non subeunt: qualia jus constitutionis *sup.* §. 16. Quæstio juris divini, quod tamen quibusdam fere visum est: quæq; sunt impossibilia facto vel jure, ut mactandi ad sacrificium *Tiraq. n. 37.* qui ex famelicis invicem cibo essent *ib. §. 3.* inter parentes, qui filios præberent vescendos. 79. latronum nocturnæ excubiæ. 83. ad standum in lupinari *Iustin. 21. 3. 2.* In quibus huius remedii cessat ratio, videlicet per se liquidis, aut dominio jam distinctis. Quamvis autem nomina sint ipso jure XII. Tabb. *divisa. l. 4. pr. l. 25. §. 1. l. 5. in fin. D. l. 6. C. fam. herc.* adeoque de iis iudicium *fam. hercisc.* non competat; attamen adiudicanda sunt *Wes. C. C. fam. herc. n. 25. D. Hahn. O. Wes. 19. t. 2. n. 5. &* assignanda, ubi utiliter fors adhibetur. *fac. l. 2. in fin. fam. herc. l. 26. C. de pact. l. 2. C. de her. act. 3.* Causæ jus tertii afficientes *inf. §. 30.*

21. Obiecta controversa, aut limitationibus saltem circumdanda, sunt eiusmodi vel respectu iudicis cogentis, *de quo sup.* vel partium consentientium: Ea; sunt tum *factum*, idq; præteritum (præsens omitto, quia hoc tempus non nisi momentaneum est) vel futurum: tum *res*, quæ hinc arcentur. Quoad *Questionem facti*: Circumfertur brocardicum, quo ea sub fortis decisionem cadere negatur *per. l. 30 de test. tut. Bitsch. d. tr. proleg. §. 22. Zobel. post alleg. 1. diff. 42. n. pen.* quoniam facti probatio incumbit alleganti *l. 2. §. 22. D. l. 23. C. de prob. l. 4. C. de Ed. Schneidvv. ad d. §. 23. Gail. de pignor. 22. n. 6. Salyc. lit. b. c. ad pr. l. ult. C. com. de leg. Panormit. inf. alleg. loc. Salmuth. d. lo. & per quam multos refert Tiraq. n. 21.* Sed dubium in ea re novætes allegat Decium, Ant. & Molinæ, quibus adde Besold. 1. *diff. Nomicop. 4. n. 16.* ubi hoc Dd. axioma non semper esse æquum & verum, ait. 1. ab autoritate juris negative: quia fors permilla sit in casibus non prohibitis, quibus non contineatur factum 2. à deficiente ratione diversitatis, in primis cum ex facto jus oriatur *l. 52. §. 2 ad L. Aquil. l. 28. §. 2. & ult. de jurei.* at simile jus statuendum sit in antecedente cum consequente. Ad *tx. d. l. 30.* reponunt, committi ignora. elench. quia illic agatur de præiudicio tertii, scil. pupilli. Tiraquello sufficit hæc retulisse; sed videndum de conciliatione.



Joh. And. circa hanc questionem dist. an consentiant partes, nec
 re, quod in sui praejudicium possint. *l. 26. de R. Ind.* Sed hinc qua
 stionis decisio non subsultat: obstat, facti questionem non magis
 hac ratione decidi posse, quam ex facto fieri infectum, neque de rei
 veritate post sortis casum constare. Adeoque potius arbitror, ut
 axioma in suo vigore permaneat, negetq; constanter. Haudqua
 quam verò statuendum est, quod nonnulli Dd. inde concludunt,
 sed limitandum, ut nihilominus sortis iudicio dirimatur iuris qua
 stio, ex incerto facto competentis, e. c. cui competere debeat ius pos
 sessoris: hec enim est iuris questio. *Panorm. ad c. liceat. n. 37. X. de prob.*
 ex presunto facto orta, non tamen magis questio facti potest dici
 decisa, quam *in d. l. 30. ubi, pro reo, actori negatur intentio, ob so
 lam probationum inopiam: nec magis, quam factum fuisse iud
 dex, cum infamiae effectus demit, vel in concubinato satum natali
 bus instruit princeps, aut cum legitimated, per matrimonium suble
 quens, natalitatis inseritur Cl. Von Christlichen/ehelichen/ frommen
 Eheleuten/ auß einem rechten ehelichen/ unbestecten/ ungetadelten
 Ehebest/ herkommen. n. Carpz. For. 2. 6. 15.* continet enim omnis
 questio iuris, factum vel certum vel praesumptum: quamobrem im
 possibile non est fictio, cum praesumi nequeant. *Excell. Dn. D.
 Bico. de possess. duor. q. 12.* Unde decisionem recipiunt quam plurima,
 quibus sortis iudicium non convenire, per hanc dubitandi ratio
 nem credebatur. Videlicet: quando circa interdictum uti possidetis,
 uterque probat eodem modo & eodem jure se possidere, atque si
 mul ad iudicium provocant. *v. Panorm. Gail. d. l. Dd. in l. sp. d. l. uti
 poss. nec non, quis exisorum ex utero sit primogenitus: quae Q. in
 quit Tiraq. si pendet quoad esse, non habet locum iudicium sortis,
 si quoad praerelationem, secus est. q. 19. n. 1. & d. q. 17. in concl.* Sunt
 qui hoc casu utrique locum relinquunt, quos reprobatur Zas. quia
 esset contra utilitatem publicam: is mavult ut pater eligat, vel, hoc
 deficiente, mater cum consiliariis, vel fors. *ad l. ex duob. impub. n. 9.
 de vulg. & pup. subst.* quod posterius praefert Befold. *d. l. ubi tamen
 perperam ad quaestiones facti sortem extendit.* Notat tamen, ap.
 Hebraeos potuisse jus primogeniturae competere pluribus. *arg. i. Pa
 ralip. 5. J. Steph. de iurisd. 1. 10. n. 25.* Concludo, nec futurum, nec
 praeteritum factum, quatenus revera in facti terminis consistit e. g.
 furtum

furtum c. 1. X. h. huc spectare ullo modo. Loquor de fortibus non
 divinis, quibus fur exploratus *Ios. 7.* Jonathan violator paterni voti
Sam. 14. 42. Jonas immerger Deo. *Ion. 1. 7.* in quorum rationem
 specialem inquit *Peucer. d. lo. p. 214.* notandum esse, occulta et-
 iam delicta in aprium produci, monet *Brent. in Ion.* divinam fuisse
 sortem hanc Jonæ, quia ipse Prophetico Spiritu clarus interfuerit,
 & dubio procul consenserit, coniectat *Krakevitz in Ion. c. 1.* Nunc
 autem ista in divinatoriam incidunt; cum *J. Saxon.* olim probaren-
 tur v. *Zobel. d. diff. 42.* Venetos hodie quoque ea sorte uti, v. c. cum
 bellum suscipiendum, ad cuius urbis expugnationem primo de-
 beat deduci exercitus, refert *Salmuth.* Sed crediderim id Politi-
 cam magis rationem, ad fovendam concordiam & eventus fini-
 stri, culpæ imputationem evitandam, sapere, quam superstitionem.
 22. Dixi §. 20. huc non pertinere impossibilia. Quod cum
 ex immobili principio pateat, miror quare *DelR. 4. 4. q. 1.* asserat,
tempore tempestatis licere sortiri omnium consensu, quis navi eiciatur:
 cum tamen vitæ suæ nemo sit arbiter ullo casu. Præstabit enim
 universum mundum in periculo versari, quam hoc modo extremæ
 conditionis mediastinum neci dare. Nec unquam culpæ malum,
 quod minimum videtur, malo pœnæ vel gravissimo esse propo-
 nendum, constat non magis, quam si *Lothus,* ad impediendum
 mutum istud peccatum, filias prostituat, aut amore erga patriam
 se in specum immittat *M. Curtius:* nisi hic oraculi responsum, divi-
 ni iussus argumentum, reponas. neque enim excusat actum finis,
 nisi & forma bene se habeat; Deus est adverbiorum remunerator
 inquit *P. de Citadin. Jur. Patron. p. 3. caus. 1. n. 52. v. DelR. 14. C. de malef.*
 23. Licet in confesso sit, primum, qui ad munus Ecclesiasti-
 cum, post triumphum Salvatoris, electus est, non sine matura deli-
 beratione sortis iudicio fuisse submissum *Act. 1. 23.* nec quicquam
 profani insit *c. 1. 26. q. 2.* adeo ut toties ab ipso Deo fuerit manda-
 tum in *V. T.* ubi & ipsorum munerum horum fuit index *1. Paralip.*
24. 25. 26. eoq; modo inter sacerdotes distribui vices fuerit consue-
 tum *Luc. 1. 9.* imo sorte itinera sua per ter. orb. divisisse Apostolos
 referant. *ex Rufin. Tiraq. n. 5.* atque sacerdotes & virgines Vestales
 Romæ, Lacedæmone, Athenis, in Ægypto. sorte ducti fuerint, ho-
 dieq; *Archimandritæ & Episcopi in Moscovia. id. n. 8. & seq. attam*

men, tum Civili jure l. 47. in fin. pr. de Ep. & Cler. tum Canonico c. 3. de sortil. atque fragm. ex Hieron. & Augustin. c. 2. & 4. 26. q. 2. prohibi- tum esse docent Dd. tam Theologi, quam Jcti undique. eamq; communem esse testatur DelR. ad l. 3. q. 3. concl. 2. C. de malef. addunt ratione: quia huiusmodi electiones S. Sp. in inspiratione fieri debeant Binsf. Enchir. Th. Past. p. 3. c. 5. & Ecclesiasticarum electionum tradita sit specialis forma c. 42. de Elect. Tiraq. n. 15. ut nemini integrum sit, ab ea recedere. Salmutb. Respondent autem ad superiora quidam generaliter, judicandum esse non exemplis sed legib. Osterm. Rat. ad d. § 23. & quæ alia d. can. 2. & 4. in quib. acquiescit Binsf. Sortitionem ad cæremonialia refert DelR. d. c. 4. q. 1. quæ tempore perfecta disciplinæ sint eliminata. Sum. Rosell. pr. Matthiam verò ante Pentecosten sorte quæsitum fuisse, quia nondum fuerit effusa plenitudo Sp. S. in Eccles. tradit ex Bed. Vivian. Ration. I. Pontif. X. h. Post autem Apostolos sorte usos in creandis Diaconis, nequaquam doceri à Luca, inculcat Duaren. de S. Eccles. Min. §. c. 1. Gl. ad divi- nam inspirationem confugit. c. 2. verb. electionibus. X. h.

24. Verumenimvero, quamvis facile non sit obviam, qui huius pronuntiati capita impugnaverit. v. tamen gl. & Phil. Franc. ap. Tiraq. d. op. 1. n. 13. Brochm. de min. Eccl. 3. cas. 10. nihil ominus casu, quo à compatronis præsentantur diversi, sortis iudicium est com- mendatum Baldu. cas. const. 4. c. 5. cas. 6. Carpz. consil. 1. 4. 45. 7. Ne- que dubitaverim traditioni istorum, quod jus Civile atque rationes attinet, contradicere. Namq; d. l. 47. occupata quidem est in de- cernendis huius fori officiis, non autem principaliter in quæstio- nem vocat, an sors locum habeat, sed, inter cætera hætenus mi- nus perspecte adhibita, eam quoque reprobat: quippe quam non- dum controversiæ statum format, neque in decisione comprehen- dit; sed in subiecta demum ratione: at notum est, hinc secure elici regulas non posse. Imo nec ea parte L. de benef. Eccles. solum lo- quitur (quod immerito prætendit DelR. d. q. 1.) cum omnem princi- patum omnemq; hominum præfecturam complectatur: prout iusta disputandi methodus generaliore decidendi rationem require- bat. Sane nullatenus assequor, quo fundamento invicem Ecclesia- stica secularibus hic opponant, (nisi illam, quæ de P. Castr. in l. 21. C. de SS. Eccl. circumfertur, expediendi rationem apprehendere velis.

Si in

Si in Ecclesiasticis non occurrat alia congrua responsio, potes dicere, esse speciale in Ecclesia) q vero non etiam Reip. sit pia causa. Inde Sum. Rosell. Laicos, ait, eligi per ballotas, cum id non reperiatur prohibitum; melius tamen abstineri, quia rationes istæ & hic militent. Sed hoc quid, nisi ignoratio elenchi? cum nemo sanæ mentis, etiam in secularibus, sortem vagam & electione non temperatam probaverit. v. Besold. 2. diff. Nomic. 2. n. 10. arguit quod dico, si instituamus analysin, ipse status controversiæ: quæritur, an is qui defunctum sequitur ordine, *πρωτοπραξία* gaudere, an vero potius virtutis ratio prærogativam debeat obtinere? pronunciat igitur Imp. inter contendentes ex diversis fundamentis; secus pronunciaturus inter pares, non opponitur autem nobis, ut in *d. lege*, electio sortitioni, sed subordinantur. neq; simpliciter *d. l. cæteras* prærogativas respuit; sed tum demum, si dignioribus sint præiudicium laturæ. Hinc credo patescere, non L. Civili, nec ubique praxi, istam sententiam vigere: utcunq; juris Canonici alia sit mens, cuius tamen decreta nos non ligant, nisi quatenus sunt recepta. Et præsertim eius partes, quæ sint de ordinibus & potestate Sacerdotum, aut ritibus Eccles. cæremoniisq;, non magnopere curari à sanioribus LL. Professoribus Germanis, refert Saxon. *Affert. de Gl. Accurs.* p. 79. & 80.

25. Cum uxor sortitione ducta dicatur *Suet. Tib. 35.* eam novam formulam vocat Berold. lectionem aliam Turneb & al. vero non dissimilem substituunt; malim vero in ista acquiescere, quam exemplis aliunde illustrat Ber. Et velle Platonem, ut inter bonos hoc modo matrimonia fiant, repetit M. de Montaign. *liv. I. II.* complura loca congescit Rosin. *5. c. 37.* quæ tamen pleraque impropriam locutionem sapiunt. Et Tiraq. *n. 18.* examinat, an, si duo petant uxorem, atque probent æqualiter, nec alterutri magis consentire ea velit, sorte id sit dirimendum? Sortem, de regula, non suaserim, cum singulariter personarum affectio hic sit respicienda, ne fors ex Sterquillinio effosso villico, Stalionem decrepitum subfessorem passuro, magis faveat, quam Chalino armigero. v. *Plaut. Casin.* nam & alias compositionis ac dispensationis remedia non admittit coniugium *c. ult. de transact.* Ubi tamen pariter jus quasi tum habent, secus putaverim. v. g. cum iuncta manu cepissent: ut Theseus & Perithous Helenam *Tiraq. 78.* nisi singuli singulas, ut

D ex fi-



ex filiabus Silo, Beniaminitæ *Iud.* 21. 20. Notam contentionem ap. Tac. an sorte, an vero suffragio legi legatos præstet, decidit P. Arod. *Ret. Iud. li. 10. t. 15. c. ult.*

26. Forma est essentialis vel accidentalis: illa, quod in definitione *differentiam* dixi. Hanc, quam rei *naturalia* aut propria vocant, difficulter assignaveris, in his, ubi non est unum genus negotii. *Venat. X. de obl. ad ratioc. p. 106.* Est *equalitas*, de qua operose *Winth. Par. lit. n. 12.* tam ratione obiecti, quam subiecti: neque enim vagæ sorti credendum, sed faciendæ prius portiones *l. 2. pr. C. qu. & qb. quar. mit Zushuung vertraulicher Freund x. bey ihren Bögten und Dienern gründlich unterricht einnehmen/ jubentur Pfeil. Conf. 79. n. 34. Binsfeld. p. 3. c. 5. p. 314. Fichard. r. conf. l. 12. 26.* Quamobrem Callimachus in hymnis Jovis negat, vere Poetas inter Saturni filios sortem asseruisse, propter summam inæqualitatem. *Tiraq. n. 4.* Et ipsa subiecta, suo respectu, sint habilia atque paria, præprimis requirit *Balduin. Cas. conf. 3. 6. 9.* idq; exemplo *Matthiæ atque Josephi*, quorum sortem electio antecesserit. *Duaren. de S. Ecl. Min. l. 5. c. 1. Tiraq. n. 13.* Censores *sortiebantur*, uter legeret principem *Senatus ib. n. 50* *Syracusis*, ex tribus generibus, tres suffragio creabantur, qui demum de sacerdotio *sortiebantur.* *Schönb. lib. 2. c. 2.* Tres, An. 1587. *sortiebantur de Poloniæ regno.* *Godelm. de Venef. 1. c. 9. n. 9.* Venetorum accurata observatio nota est. In statu etiam Democratico, ad sortitionem magistratum meliores & singulis muneribus aptissimos requirendos colligas ex *Tiraq. 61.* ne metuumdum sit, quod Romæ, ubi morem sorte ducendi ex numero *Prætorum*, qui præessent *tabb. publ.* non diu mansisse, quia sors deerraverit ad parum idoneos, notat *Tac. 13. A. 29.* Cæterum, quæ requirunt *Sum. Rosell & Vivian. Rational. X. h. t.* nec omni sortis speices conveniunt, nec indistincte probanda. Hactenus forma *naturalis*, atque quadantenus, saltem secundum suppositionem confusam & disiunctam, necessaria. Ad quam sunt referenda quoque instrumenta, modus & circumstantiæ. Illa: *homo, brutum, gallinaceus oscem, &c. res inanimata*, in quam vel sortes mittuntur, vel quæ ipsa immittitur: liber sive codex *c. r. x. h. calpis. sinus hominis Prov. n. ult.* in castris *galea, chlamys*: Decimandis tympanum solenne est. *taleolæ*, tali in abaco ad *Buram Achiniæ oppidum ex hostia-*
rum

rum ossibus fabrefacti *Peucer. p. 219.* alba nigraq; faba, annulus, scyphus Josephi de quo *Dilh. 2. disp. Philol. 3. §. 2.* & *Menzer. de turp. famul. p. 2. §. 18.* pila ex fursure, sagittæ, funis tormentarius, globuli inaurati & argentei ap. Venetos, aureus numus in *h. Incl. Rep. cum paribus votis ad Consulatum duo vocantur. add. Sched. de dls. Germ. c. 40. Berneg. Q. 49.*

27. Modus itidem varius est, isq; licitus vel illicitus, cuiusq; generis ex antiquitate quosdam recitare operæ pretium foret, sed brevitatis proposito abstinere: præcipuorum, per indicem, ut occupavi, catalogus sufficiat, sed confuse: pleriq; enim modorum, etiam prohibite sortis, si obiecto legitimo præstituantur iusti erunt. Athletarum calculis, in urnam coniectis, inscriptæ erant binæ compares literæ *A. ab Al. d. lo.* coram accusatore & reo pilas æquatas fuisse. *Rosin. paralip. ad l. 9. p. 1522.* Ut qui primus eques perveniret ad metam, Rex esset. *Pastorius Flor. Polon. l. c. 7.* plumbo liquefacto in aquam coniecto *Binsf. p. 3. c. 5.* vocatione dæmonum & inspectione astrolabii *c. 2. h. c.* cuius equus primus hinniret. *Iustin. 1. 10.* quis ex baculis singulorum tribuum viret *Num. 17.* factæ sunt 12. portiones & totidē baculi, significantes tribus itemq; portiones: hæc ponebantur coram Eleazaro, Urim Thymim induto, qui una manu portionum, altera baculos tribuum carpebat. *Schindl. Pentagl. de Germanorū p. 8. d. v. r. 2. Tac. de mor. Germ. 10.* Iniecto sibi in buccam osse cuiusdam animantis, quod reprehendit *Walth. Harm. Bibl. ad Act. 1. c. 6.* saccus cilicius ad certorum verborum demurmurationem convertitur *Dana. de Venef. c. 1.* Sortes in altum coniectæ *Del R. 4. 2. q. 7. s. 3.* qui agnorum sint diversicolores. *Gen. 30.* quæ virgarum arefactarum prior ex aqua subsiliet. quo cuiusque fors ordine exiliret ex vibrata galea *Peucer. de præcip. div. gen. p. 213.* qui primus veniret crastino *Scaci. de Camb. d. lo. n. 170.* per cultelli signaturam, monete charactera. Hildebrandus Papa panem consecratum igni iniecit, eoq; responsa divina contra Imp. quæsiisse dicitur *Bruc. fulm. p. 18.* quo casu omnino capitale sortilegium dicunt. *inf. 31.* quo vacce, domi relictis vitulis, arcam fœderis sint tracturæ *1. Sam. 6. 9.* Similis est decisio Galbæ, quæ tamen non casu sed ratione, fundatur. *Suet. c. 7.* Indorum Sacerdotes tabaci fumo pertubulum, sive canalem, in os excepto. *Sched. de dls. Germ. c. 40. de oleæ folio, cui*

^{επι} nomen erat, v. Peucer. p. 215. de inquisitione per chrystum,
 phiolam vitream, aqua plenam, vel cribrum, Brochm. *de lege*, 13.1.2.
 at quamvis nihil tam fœdum sit, quod non turpissime ignoretur,
juxta Pyrr. Perott. præf. ad comm. de Ling. Lat. abstinere tamen hic
 obscenis gentiliū sacris, *de quib. alij. v. Dilh. 1. D. Phil. p. 219.* Cæterū
 religiose semper versati fuere, præsentia numina opinati *Plin. 8. Ep. 8.*
Tiraq. n. 102. quæ missas sortes dispensaret *Peuc. d. lo.* quod de Germ.
 sacerdotes eorūq; preces adhibentibus *ex d. Tac. lo. & Indis ex Sched.*
d. lo. colligere est. adeo ut non accederent, nisi sollenibus lustrati
 ritibus *Peuc.* & fontes, in quos coniecissent talos affecerint donariis
Dem. ad Ros. c. 7. de Prænestin. v. sup. preces supervacue non comen-
 dabo. *v. can. 4. 26. q. 2.* Tandem monitum oportuit, præferenda, quæ
 artem dolumq; non admittunt, *de quib. Peucer. p. 216.* unde cum res
 serio agitur, taxilli vasculo solent excuti, ne digitorum artificio sit
 locus: & quæ propius ab honestate absunt: quamobrem ridet le-
 gatum, qui de jure præcedendi suaserat, man solte mit Würffeln
 darumb spielen. *Winth. d. lo.* quod ex eo repetit Nolden. *de Stat. Nob.*
civ. c. 19. n. 23. id procedere putarim, ubi opinionis deterioris sint
 ista instrumenta; alias per sortes taxillorum ab Italis eligi Magistra-
 tus, docet *Tiraq. n. 15.* eoq; modo legata optanda ait *Jo. Fab. in not.*
ad d. §. 23. Aldob. ib. Leonh. Gerla. in viat. iur. ib. v. Bl. & Dd. in d. l. §.
duo. C. com. de leg. atque gentiles talis in mensam aut fontem conie-
 ctis egisse vaticinia, docet *Rosin. lib. 2. c. 7. paralip. p. 262.* eo modo
 electus Lacedæmone, & post etiam Romæ, Symposiarchus *sup. §.*
ii. idq; observatur in decimationibus, quorum tamen causa non
 ludicra. Nescio autem an firmo fundamento *Panciol. t. de Fibu-*
la. p. 319. neget, talorum jactu tunicam Salvatoris obvenisse militi:
quia alia sit sortitio, alius talorum atque aleæ jactus; cum tamen lu-
 sum hunc à sorte non distinguant instrumenta, sed finis & obie-
 ctum. *Locus* est unusquisque maxime conveniens: Solet fieri co-
 ram iudice, nec non inter privatos. *Josua* suis tribubus portiones
für dem Hexxv / für der Hütten des Stifts distribuebat. *Ios. 19.*
Mere per accidens ad formam pertinent: Pactum adiectum, de quo
 distincte *Dn. D. Tab. Elem. 3. 3. 39.* & late *Dn. Paul. Gambs JC. disput.*
Inaug. Renunciatio facta remediis quæ læso competunt, modo de-
 liberato, nec fraudis impulsu fiat. *Zobel. disp. 4. th. 4. a.* Juramentum,
 instrumentum &c.



28. Ne præteream. Circumferuntur quædam singularia; de illa specie, quam contractum ollæ lotariæ, sive fortunatæ, Glückshafen. D.D. Tab. Elem. 3. 4. 45. in specie contractum sortium DelR. Itali loto seu beneficiata Card. de Lugo de I. & I. disp. 31. sect. 6. n. 91. Hispanias Jozas nuncupant, atque ad sortes referunt Scacc. n. 110. qui fit, modo notissimo, schedis albis atque, quas vocant, beneficiatis, Continentur autem contractus duo: emtio venditio, resp. eius, cuius res erat. Canis. prælect. Acad. de usur. c. 4. n. 8. sors divisoria, resp. sortientium. DelR. 4. 4. q. 2. & plerumque, non semper, lufui recreationis propinquus est. pro eius justitia pugnant. DelR. Scacc. d. 10. v. Binsf. ad c. naviganti. de usur. q. 4. Card. de Lugo. d. 10. dividitur is in publ. & privatū v. Besold. Th. pr. h. voc. Hic (ita dictus ratione caus. effic.) cum circulo aleatorio, Glückszirkel est regulariter prohibitus, ut in Rep. Argent. nisi specialiter permittatur. Politen. Ord. t. 12. §. 2. Accipe de eo qui fit per contractum sive emtionem: nam alter, quo res sumtu communi emtæ dividuntur, regulariter est permiffus. Publicum (ratione finis dictum) improbat post Bornit. & Lather. Besold. de arar. c. 3. th. 10. cum non tantum finis augendæ Reip. sed & media debeant esse honesta. à Belgis tamen ad colligendos pro pauperibus redditus, institui, notat ib. adeo ut, quamvis æqualitatem mercium (saltem collective) cum pretio pro forma requirat DelR. excipiat tamen casum, quo civitati obæratæ concessus sit. Non requiritur autem illa æqualitas resp. cuiusq; symboli, ad res singulas: namq; rerum diversissima erant pretia in convivii Augusti. Suet. c. 75. atque Heliogabalus sortes post cænam proponebat, ut haberet alius 10. camelos, alius muscas vel auri libras aut decem ova, urfos, glires & lactucas decem. Al. ab Alex. 5. c. 21. Cæterum quædam spectantia formam & cautelas DelR. observat: ne sortitionem venditor moretur, ne res mutet vel minuat, ut simul omnes sortiantur, certa die præfixa, tumq; nec die nec nocte cessetur, quoniam doli sit occasio intervallorum intercapedo. & magistratum autoritate constitutos parastatas adhiberi notissimum est, quibus unde honorarium sit solvendum, alio spectat. v. d. 10. & quæ ex reliquis per epitomen Card. de Lugo. ib. n. 92.

29. Effet attingenda forma practica, quæ probationem concernit: Sed itidem plurima communia habet cum divisionis probatio-

D 3 batio-



batione, de qua *Guid. Pap. Consil. 55. n. 7. Wes. C. C. fam. herc. n. 50. & seq.* & in reliquis nihil fere habet peculiare ab aliorum actuum probationibus. Occupata est vel circa sortem petendam, tumq; loc habent quæ §. 12. vel eam, quæ jam intercesserit, probandam: tumq; vel circa ipsum factum vel consensum disputatur, qui quandoque expressus est, quandoque tacitus ex coniecturis, namq; & hic tacuisse præsentis nocere potest. *arg. eorum quæ habent. Myns. §. sed. et. si. l. quib. mod. l. pat. pot. solv. Goth. Ant. d. Feud. 10. 6. b. II. 6. b. Rinck. disp. ff. 1. r. de adopt. Barbos. 18. c. 1. §. 7.* Ratione subiecti, patet asserenti incumbere; admittitur tamen negans in contrarium, quia præsumtio sortis non est juris & de jure.

30. Effectus proximus dici posset fortuna, si eam vocem pro eventu sive declaratione sortis accipiamus, quo modo à gentilibus sortis dictam fuisse filiam crediderim *v. Tiraq. n. 83.* quamvis, si fortunam pro Dea accipiamus, à qua fors erat, hæc illius filia haud absone dicatur. *sup. §. 2.* Sed ad scopum nostrum. Circa effectum distinguenda fors permitta à prohibita: illius est vel primus vel ortus: primus, positivus vel negativus: is cum fine coincidit, ac est in genere rei dubiæ definitio: In specie consideratur resp. obligationum in abstracto: pristinorum obligationum atque actionum extinctio: (qui tamen effectus magis respicit ipsam divisionem, quæ perimit ipso jure communionem *l. 3. C. com. div. dominium ac jus omne transfert l. 13. C. fam. herc. §. ult. tud. de O. l. 30 l. 32. fam. herc. Wes. C. C. com. div. n. 49.*) novarumq; generatio: qui enim rem communem accipit, obligatus est cæteris ad æstimationem *Aldob. ad d. §. 23. Rerum: liberatio vel affectio. Personarum: itidem liberatio vel obligatio.* Negativus effectus est, non competere actionem vel exceptionem judicati, non præjudicari tertio: Quamobrem, cum pupillo plures sunt tutores dati, sorte inter se eligere non posse, qui administret, quin omnes periculum maneat *per l. 3. de adm. tut. §. 1. Inst. de sacisd. tut. Salyc. ad l. si duob. C. com. de leg. Schneiderv. ad d. §. 1. n. 8. idemq; in jure primogenituræ. Tiraq. q. 17. n. 1. & si feudum concessam sit pro una filiarum, sint autem superstites plures: mavult enim hoc casu domino relinquere electionem, ne invitus cogatur habere vasallum *Ant. D. Feud. 6. 3. c. namq; res inter alios actas, aliis non præjudicare, vulgatum est. r. t. C. v. Nolden. de St. nob. c. 19.**

n. 26. Sicut nec divisio præiudicat l. 17. C. fam. herc. Confil. Arg. rom. n. 56. Anal. ad Barbos. Th. Ipr. 4. c. 4. §. 7. & 8. quod tamen limitant procedere, ni sit leve, quod oritur, præiudicium per §. exteriorius (forte ex contrario) I. de leg. post Angel. in l. sed cum ambo, de Iudic. & quos præterea alleg. Tiraq. n. 16. & 92. at cur forti negetur locus, si actores discordent in præiudicium rei, Bart. dist. 830. non video. Ortus effectus est ordinarius vel accidentarius: iste, actiones, exceptiones, replicationes &c. *Actiones*: Præscriptis verbis l. 20. §. 3. fam. herc. l. 7. C. com. utr. jud. Wes. π. fam. herc. n. ult. quod an non Wes. recte extendat ad casum, quo divisio sit loco emtionis, dubitaverim v. D. Hahn. ib. m. 3. cum non oppido actio ex contractu deitur, de actu, qui loco contractus est. Ex stipulatu. de dolo. l. 7. §. 3. de dol. l. 5. l. 6. ib. neque actionem ex stellionatu denegandam putaverim, quamvis stellionatus ad delicta, non ad contractus pertineat. vid. Scholl. disp. de spons. namq; circa contractus committi delicta, in primis autem stellionatum l. 3. §. 1. de stell. constat. *Exceptiones*: scilicet pacti, doli, non impleti contractus, neglectæ formæ, de quibus Schelling. Except. For. p. 480. & quæ sunt aliæ. *Replicationes*, v. c. læsionis. &c. *Accidentarium* habet communem cum ludis: superstitiones §. 2. sup. inde enim eam esse Deam crediderunt, & fontes, sterili liberalitate, donariis affecerunt. *Indignatio*, imprecatio, controversiæ. Et huc referendum scomma in Dionysium, qui lit. fortitus, vocabatur *μωρολογος*; quod ipse invertit: *Monarcha sum*. Tiraq. 67.

31. Prohibitæ fortis effectus respicit tum *reatum*, disputant enim ob forum competens, an & quæ haresin sapiat sortilegium v. DelR. Binsf. Dd. r. de sortil. Clar. §. sent. §. heresis. n. 24. tum *pænam* quæ est alia clericorum, alia laicorum gl. c. 1. h. t. utraque pro gravitate criminis diversa c. 2. h. quandoque alia servorum c. 10. 26. q. 5. de pœna omnis generis sortilegiorum tot. q. 5. caus. 26. remissive Boss. tr. crim. t. de sortil. Salmuth. ad Pancir. d. lo. Menoch. arb. jud. Q. lib. 2. cent. 4. c. 388. Damh. pr. cr. 73. n. 1. in criminalibus à testimonio arcentur. §. n. 19. Binsf. de confess. malef. caus. 3. p. 33. & seq. Arithm. 2. disp. 7. th. ult. capitalem hodie non attendi, nisi accedat abusus Eucharistici sacramenti. Fr. Niger. contr. 435. per tot. est &, si sortitio fiat in Ecclesiasticis, ex J. Can. nullitas aut cassatio. DelR. ad l. 3. C. de malef. q. 3. concl. 2.

32. At

At enim, ut magis elucescat ratio eorum, quæ supra requisivi, nec dissentaneorum tractationem transiliamus. Sunt autem contraria quædam ipso jure, quædam ex hominis facto. Istæ ratione materia, §. 16. & seq. forma, error l. 15. de Jurid. metus, dolus, qualis Tementi, qui glebas Cresphontis igne durabat, Aristodemi sole, ut hæc in aquam coniectæ, mox liquefactæ solverentur. *Victor. var. lect. 25. 15.* adde loc. ex Pastor. & Justin. *sup. §. 27.* isq; si causam dederit divisioni, ceu b. f. contractui, eam ipso jure nullam reddit, cum id pars innocens vult. *Consil. Arg. 2. 21. n. 10. & seq.* vel accidentis: cuius duo occurrunt exempla, urnarum deletio. *ex Cic. Tiraq. 55. v. Dilber. 1. disp. Philol. 19. th. 150.* & neglectio, unde si quis Athen. sorte contempta ad judicandum pergebat, gravi multa puniebatur, *Tiraq. n. 62.* Ex facto hominis repugnant quædam ante, quædam post factam sortitionem: ante, renunciatio & penitentia. An hæc permilla sit, distinctione eget, scilicet an res subsistat in nudis terminis placiti, adeoque actio nata nondum sit. l. 21. C. de pact. *Wes. fam. herc. n. ult.* ubi accipiendum placitum de dividendo, non divisionis *v. eund. C. C. com. div. n. 49.* ne obstant, quæ post Bach. habet D. Hahn. *d. n. ult. m. 2.* at fortassis rectius divisionem & placitum divisionis h. sensu opponit Cuiac. *ad l. tres fratres. de Pact.*

33. Post factum plura, de quibus confligunt Dd. occurrunt. Appellationem denegant plurimi *Marant. de ord. jud. p. 6. r. de Appel. n. 246. Winth. d. lo. Nolden. d. lo. n. 29. Pfeil. consil. 79. n. 37. Zobel. Sachspiegel lib. 3. art. 27. lit. d. Harpr. d. §. 23. ubi Dd. Salmuth. d. lo. & emphaticè huic iudicio tantam inesse efficaciam, ut non admittat appellationem, effert post alleg. Gr. Tholos. Heig. Thom. Lindem. Exerc. 4. §. 29.* alii limitant: ut, si subsit enormis læsio, liceat appellare. *alleg. Bald. in l. si duob. in 1. col. C. com. de leg. & l. fin. pr. eod. l. maiorib. C. com. utr. jud. l. ait prætor. §. planc. de min. Ant. Franc. in apostil. ad Pa. norm. in c. licet. X. de probat. n. 37. lit. c.* Alii cautius, enormiter lædentem debere in melius reformari *Schneidevv. ad §. quædam actiones. n. 66. l. de act. C. l. A. 49. r. 5. n. 5. m. 2.* per implorationem officii iudicis *Zobel. 1. diff. 42. n. 6. Alciat. ad l. 117. de V. O.* unde rursus excipiunt, si per sententiam iudicis, quæ transit in rem iudicatam, firmata sit. Rationem negandi assignant communiter omnes, quia fors sit, dea

dea, adeoque supremus iudex, qui superiorem, ad quem appelletur, non habeat. Poterant addi & alia ex Hippol. de Marsil. n. 139, ad L. un. C. de rapt. virg. C. I. A. d. t. 5. Si verò rem accuratius pensitemus, appatebit, (1) quæstionem merito negari, sed (2) rationem negandi neutiquam quadrare. (3) limitationem priorem falsam esse (4) posteriorem veram quidem, sed ægram vitio transiitionis in aliud genus, quia imploratio ista non est appellatio. Vera est posterior limitatio, quia sicut ipsa divisio est b. f. ita & hic dividendi modus carere enormi læsione debet. Limitatio prior falsa, quia appellatio hinc aliena est. At negandi causa plausibilis potius, quam genuina: Est enim fors (si maxime fingamus) non tam iudex, quam concordante partium consensu, jussive iudicis legitimo receptus arbiter, siq; liceret, per rationes alias, ab arbitro appellare, quis asseruerit eius sublimitatem impedimento esse, quin ad ordinarium, qui eo resp. maior est quovis compromissario aut dato iudice, appellatio salva sit? Est enim is, utcunque alias maximus, privati loco: itaque non quærendum foret, an fors superiorem habeat; sed an sit *alius*, cui iurisd. ordinarie competeret. Sicuti etiam ordinarius, non iudex appellationis, adeundus, quando à gravamine extrajudiciali appellatur, cum extrajudicialis appellatio nihil aliud sit, quam provocatio ad causam. *Gail. l. 120. n. 4. Bocer. 2. disp. 34. n. 32.* Sed vera ratio est, quia hoc iudicium magis modus aut species contractus, transactionis atq; pacti est, quam iudicii forensis, adeoque nulla appellatio, ubi nullus iudex. *Bach. Tr. 2. 33. 4. g. Si regeras, etiam sententia iudicis iniungi sortem, facile concessero ab hac jussione; non vero à sortis decisione, appellationem.*

34. Durius restitutio in integrum denegatur. *Zobel. 1. diff. 42. n. 8. Marant. d. lo. n. 247. & Dd. passim*: quia minor utatur jure communi, & contra adversam fortunam non detur restitutio l. II, C. de transact. nec læsus dici possit, qui voluerit committi rem eventui, unde tam damnum quam lucrum sequi possit. *Phil. Matth. 1. Consil. Marp. 32. n. 34. & seq. alleg. mult. ap. Fr. de Caldas ad l. si curat. C. de rest. in integ. verb. vel adv. n. 12.* Ipse tamen communem à Pinelo per doctæ impugnata[m] testatur & limitantem sequitur: non dari adv. sortem; sed si portiones per errorem facti sint dispaes ac inæquales n. 13. & 14. Ipse Pinelus distinguit an eventus incertitudo sit par

E

utrique

utriusque parti, an alterutri solum. *l. 2. §. 1. ad l. 2. C. de resc. vend. n. 9.*
 Maiores impetrabunt hoc difficilius, quia remedia ordinaria in-
 promptu sunt, de quibus deinceps. *l. 1. §. 1. de iur. iud. m. 3.*
 Id quod est ex *L. 3. C. com. utr. iud.* denegat simpliciter
Salmuth. post Sichardum, atque dissentibus *Baldo. Alex. Cognol. op-*
ponit d. l. 1. C. de transact. §. 1. in §. 1. de iur. iud. m. 3. Verum neutra ad rem
 quicquam facit: cum prior agat de transactione non solum super
 dubio litis, sed & super casu & mortalitatis eventu. *l. 1. §. 1. de trans-*
act. n. ult. l. 78. §. ult. ad SC. Tr. sicut, si indago plagis à ventore positis,
vel jactus retis ematur l. 11. §. ult. l. 12. de A. E. Posterior de fato rei,
 quod emtorem alias quoque manet. *t. r. de peric. §. com. xxi. vend.* Inde-
 que & hic ignorantem elenchi vulgo committi opinor, cum con-
 tra casum fortis, remedio huic utique locus non sit; at tamen con-
 tra errorem vel in partibus definiendis, *Perez. n. 6. C. com. utr. iud.*
 vel quocumque modo ad sortiendum inducentem, non minus erit
 admittendum, quam in alia quacumque divisione. *v. Harpr. ad d.*
§. 23. neque enim spectandum, quo quis modo laesus sit, sed qua in
 quantitate *Soarez. ad Pinel. in l. 2. C. de resc. vend. 2. part. c. 1. n. 6.* quo et-
 iam videtur relaturus imparitatem ad officia sorte electorum, nec
 prater rem, *Besold. 2. diff. Nomic. 2. n. 10.* idque locum habet, etiam si
 laesio sit infra dimidium: quoniam in divisione exactior aequalitas
 requiritur, quam in contractibus *Perez. ib. n. 5. v. Wesf. §. C. com. div.*
n. 56. quem ceu duriores *fam. herc. ult. perstringit D. Hahn. ib.*
n. 4. quod si vel in sexta parte sit, admittit *Fr. de Caldas d. 10.* Ego
 iudicis arbitrio relinquendum censeo: cum huius patrimonio plas-
 dam ni ferat levior, quam illius gravissima laesio. *l. 1. §. 1. de iur. iud. m. 3.*
 36. Pare est, quod ex *L. 2. C. de resc. vend.* indulgetur, si divisio
 habeat locum emtionis: quando sc. is, cui tota res adjudicatur, tene-
 tur alteri, quid dare, & ita q. emere suam portionem; sicut cum res
 omnes dividuntur, locum habet sortitio permutacionis. *D. Hahn.*
Obs. Wesf. 9. t. 2. n. ult. m. 1. §. 3. imprimis si, juxta praxin, ad alios quo-
 que contractus ea Lex extendatur. *l. 1. §. 1. de iur. iud. m. 3.*
 37. Verbo: magis subtiliter quam vere circa divisionem sor-
 te factam singularia tam audacter statui credo: cum, litium vitan-
 darum causa, in hoc remedium consentientium modestia, damni
 occasio prater meritum sit futura. *l. 1. §. 1. de iur. iud. m. 3.*

38. Nec non indebiti conditio l. 36. fam. herc. indistincte
 quia omnis divisio per sortem est extrajudicialis: (ni excipias sor-
 tem sententia judicis confirmatam) neq; enim ea revera iudex est.
 ut soluta, tq. ex causa iudicati, repeti nequeant. l. 1. C. de cond. indeb.
 §. 5. l. de O. qua. ex q. contr. *Inter Cognata tractatur Matheſis, illo nimirum ſenſu, quo*
 39. *ob nimiam vanitatem, nomen hoc tq. damnabile exploſum eſt, &*
pro divinatione uſurpatum Perott. Com. Lat. L. Epig. 10. can. 6. 26. q. 2.
v. DelR. ad l. 5. C. de malef. A divinatione diſtinguitur ſortilegium, ut
ſpecies à genere, Fr. de Senis Conſil. 284. Cui illud ſine demonũ invo-
catione proprie creditur fieri: rationem denominationis vide latius
ap. Danq. de venef. c. 1. Astrologia iudiciaria: eã diſſuadet, cuius tamen
ſe ſatis gnarum profiteretur, Pier. Meſſ. div. lec. p. 5. c. 14. v. Peucer. d. 10.
p. 218. Et d. Astrolog. accenſenda, quæ ſunt vel ludicra, vel omnino
vana ſuperſtitione vulgus oblectantia, quales libri, quos Eoſbücher
nuncupant, atque portentia de quib. Dilherr. 1. diſp. Phil. 19. per tot.
omina, quorum catalogum c. 6. 26. q. 2. Citatio ad vallem Joſaphat,
Ladung für Gottes Gericht ic. de qua tr. 1. Hering. Cabala Judæorum.
de qua Peucer. d. 10. p. 224. & ſeqq. in primis circa rem Medicam. &
quæ ſunt alia, quæ ſub Peucer. & DelR. diviſione. ſup. §. 5. Votum,
c. c. Jephthæ, de quo diſp. ſingularis Dn. D. Dannhau. Duellum Vaſq.
contr. ill. c. 49. n. 19. DelR. ad d. l. 3. concl. ult. Grot. de I. B. & P. 2. 23. 10.
Brochm. de lege. 11. 4. 4. Monomachia auguralis Dn. D. Tab. de legit.
arm. uſ. c. 2. th. 4. deditio obſefforum, ſub conditione non venien-
tium, intra determinatos dies, ſuppeticarũ. v. Beſold. de Art. Bell. §. 8. p.
161. ludi omnis generis. Micare i. e. ſortiri digitis Tiraq. n. 77. qui luſus,
la mōna, vel del tobacco. tr. de Exero. Ar ad. p. 4. ſ. 3. §. 26. adhuc dum, præ-
ſertim in Italia, eſt uſitatus. Vota maioris partis. de quib. not. ad
Barboſ. 11. c. 4. A. ab Alex. 4. c. 11. Grot. in Apolog. c. 8. & quæ Athenienſi-
bus collectio votorum recepta erat, qui in urnam ligneam, quæ
καλός, & aneam, quæ δακτύλιος appellabatur, illam abſolventium,
hanc condemnantium calculos mittebant, è marinis conchis fa-
ctos, quorum albi integri abſolutionis, nigri perforati damnationis
erant. Dilherr. in Areopag. §. 28. Sortes ab aliquibus, minus tamen
huc ſpectantibus, diſtinguit Val. M. l. 1. pr. Sponſio. Beſ. voc. wetten.
(ſive ſortes quas ſcomesas Itali appellant. Clar. §. ſent. §. ludus. n. 5.)
 de cu-

de cuius iustitia Scacc. n. 95. Coras. 7. misc. 7. sive litis, sive certaminis
 de quib. Gœd. de sequest. c. 1. n. 163. Pignorum in urnam mulsi datio.
 Plaut. Casin. in prolog. Simsonis ænigma. transactio. pactum mu-
 tuum dantis, ut sive decrescat, sive augeatur valor, eadem reddatur
 species. Navarr. de Camb. §. 49. affecuratio, quæ quid à sponsione
 diff. Scacc. d. lo. n. 131. Compromissum v. Grot. de I. B. 2. 23. 8. Si vo-
 luntati cuiusdam ex conventionem permittatur divisio: quem legi-
 bus non adstrictum credunt, refutati à Wes. C. C. com. div. n. 42.
 divisionis modus qui fit per licitationem, ubi quis preferendus sit,
 tract. Capyc. Decis. nov. Neap. 36. Missilia. de quib. Rittersh. Nov. 2. c. 2.
 n. 5. & Dd. ad §. 46. l. de R. D. tesserarum frumentariarum aut vestia-
 riarum jactus, de quib. H. Hug. de pr. scrib. or. c. 25 sententia iudicis.
 addictio in diem. L. commissoria, & quæ sunt alia.

40. Plerorumq; diversitas, si requisita, sortis formam, obie-
 cta, finēq; spectantia, applices, se ipsa prodet. Potiora sunt ludus atq;
 sponso: quorum tamen utrumque recreationem pro fine, at pro
 obiecto mediocrem debet habere sumam. de Sponsonibus Refor-
 mat. Francof. 2. 26. Cæteris inharere non sustineo namq; præter
 opinionem theses sub manu, latius quam constitueram, excreve-
 runt: rationem de istis redditurus sum, in ipsa disputationis sym-
 philogia. gradum sisto.

Ad tuam dirige cuncta, Deus, gloriam.



Sortes eximias tibi destinat arbiter orbis,
 Dum signas tempus sortibus omne tuis,
 Sortibus ingenii præclaris, dotibus almis,
 Et studiis tractu continuante tuis.

Gaude BRUNE! Tibi cecidit fors prospera. Fiet
 Ut mox consistas plura ferente gradu!

Ita cum bono omne & voto scrib.

Joh. Georg. Dorscheus, D.

F I N I S.

Strassburg, Diss., 1651-52

ULB Halle 3
004 774 795




f
sb.

VD 17







JUDICIUM
SORTIS

PER JNDICEM

DISPUTATIONE INAUGURALI
PRAESIDE SORTIUM DIRECTORE
AVTORITATE MAGNIFICI
ET NOBILISSIMI JCTORUM
ORDINIS

*IN CELEBERRIMA ACADEMIA
ARGENTINENSI*

PRO SUMMO HONORUM IN UTROQUE
JURE GRADU AC PRIVILEGIIS
LEGITIME OBTINENDIS
PROPOSITUM

A
DANIELE BRAUN,
MOENO-FRANCOFURTENSI.

~~XVI.~~
D. VII. M. IVLII.

ARGENTORATI,

Typis FRIDERICI SPOOR,

clb lbc LII.

372.

18

1652, 2.

8

